



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Ernesti Schvberti S. Th. D. Et Prof. Primar.  
Academ. Helmstad. Abbatis Coenobii Ad Lap. St. Mich.  
Sem. Theol. Directoris Institvtiones Theologiae Moralis**

**Schubert, Johann E.**

**Ienae [u.a.], 1759**

Pars Prima De Principiis & normis officiorum christiani.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50801](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50801)

*PARS PRIMA*

THEOLOGIAE  
MORALIS

DE

PRINCIPIIS ET NORMIS OFFI-  
CIORVM CHRISTIANI.



THEOLOGICAL  
MORALS

BY  
JOHN CHRISTIAN  
PRINCIPLES & NORMS OF

THE

T

P

A



qu  
ge

ho  
to





PARS PRIMA  
THEOLOGIÆ MORALIS  
DE  
PRINCIPIIS ET NORMIS OF-  
FICIORVM CHRISTIANI.

---

CAPVT I.  
DE  
ACTIONIBVS LIBERIS SEV  
MORALIBVS.

§. I.

**A**CTIO, quæ in hominis potesta-  
te est, LIBERA appellatur. Actio libe-  
ra in gene-  
re defini-  
tur.  
In HOMINIS autem POTESTA-  
TE actio esse dicitur, quæ ita  
determinatur ab eo, ut æ-  
que potuisset omitti, ac edi. Ad hujus  
generis actionem requiritur,

I. Ut ratio existentia actionis sit in ipso  
homine, adeoque nulla causa externa ex-  
torqueatur;

*Schub. Theol. Mor.*

C . 2. Ut



2. Ut homo non tantum sit actionis causa efficiens, sed etiam dirigens, h. e. ut habeat principium, quo actio determinatur, aut aliter determinari potuisset;

3. Ut oppositum non tantum in se & absolute, sed etiam physice maneat possibile, sic ut posita licet actionis ratione sufficiente nulla tamen ipsius actionis adfit necessitas physica, sed contrarium fieri posset.

4. Ut tamen ratio illa vere sufficiat ad determinandam actionem, & necessarium non sit, contrarium fieri.

Quorum unum vel alterum si forte deficeret, homo actionem in sua potestate habuisse dicendus non est. Quæ verum cum his omnibus determinationibus eductur, eam merito liberam appellamus.

Ideam hanc generaliore forte non male quis illustraret facto Ananiæ, quod describit & improbat Petrus Act. V. 4.

## §. II.

Hæc pertinent actiones voluntatis.

Hæc criteria ad unum omnia cadunt in actus facultatis appetitivæ superioris quæ voluntas in sensu strictiori appellatur solet. Intelligimus namque per eos quemcunque appetitum boni distincte cognoscit & quamcunque aversionem mali distincte



Est cogniti. Isti appetitus istæ averfationes procedunt ab animæ vi repræsentativa, quatenus cognitio boni & mali est ratio sufficiens volendi & nolendi. Hinc & ipsa hæc distincta cognitio, quam sibi formare potest, & actu format homo, est principium dirigens, quo actio determinatur. Sed quemadmodum in se possibile est, ut contrarium velimus vel nolimus, ita & id possibile manet, licet in intellectu adsit distincta boni vel mali cognitio. Hæc cognitio moralem quidem volendi vel nolendi infert necessitatem, sed non physicam. Nam & existente illa cognitione vis animæ sufficit ad volendum contrarium, sive ad non volendum, & variæ intercedere possunt rationes vel impedimenta, quæ efficiunt, ut nolimus, quod bonum esse distincte cognovimus. Interim tamen hæc cognitio sufficit ad determinandam voluntatem, minimum respectu quorundam objectorum, nec necesse est, ut nolimus, quod bonum esse judicamus. Ergo actiones voluntatis seu facultatis appetitivæ superioris ad actiones liberar merito referuntur. (§. 2.)

His actibus coexistere solent certi motus corporis, quos & ipsos propterea LIBEROS appellant, rectius autem actionum liberarum signa, effectus, aut circumstan-



tia concomitantes vocantur. Nam homo eos in sua potestate habet *nec absolute*, cum a mechanismo corporis dependeant, qui corrumpi aut quocunque modo impedi potest, *nec immediate*, cum median- tibus tantum actionibus liberis animæ de- terminentur. Præterea isti motus corpo- ris non sunt actiones hominis propriæ, sed omnium animalium communes.

## §. III.

Et faculta-  
tis appeti-  
tivæ inferi-  
oris.

Idem sentiendum est de actibus facul- tatis appetitivæ inferioris, qui sunt appeti- tus boni obscure vel confuse cogniti, & averfationes mali obscure vel confuse co- gniti. Nam & horum causa efficiens est anima humana. Et quamquam obscure vel confusa boni & mali cognitio non est principium dirigens, quo actio sic & ali- ter determinari potest, sed si sola foret in anima humana, ipsa de suis actionibus dis- ponere non posset, tamen eadem actio- nes explorari & distincte cognosci possunt, quo facto ab homine aliter determinaren- tur. Hinc & illarum actionum opposi- tum tum in se, tum hypothetice & phy- sice possibile est, licet jam adsit obscura vel confusa boni aut mali cognitio. Nam interponi potest alia & melior objecti consideratio. *Quare & actus facultatis ap- petitivæ inferioris sunt actiones liberae.*

Hoc



Hoc genus actionum duplicem habet respectum. Quatenus obscuris vel confusis ideis determinantur, spontaneæ & arbitrariæ quidem, sed non liberæ sunt. Quatenus autem distincta cognitione determinari possunt, utique sunt liberæ. Hinc motus appetitus sensitivi, qui a solis ideis sensualibus dependent, nulla autem distincta & rationali cognitione dirigi possunt, quales sunt dolores, aut voluptas ex gustu orta, &c. non pertinent ad actiones liberæ.

§. IV.

Operationes intellectus variæ quidem sunt, omnes tamen ad judicia de rei veritate vel falsitate redeunt. Num & a-  
ctus intel-  
lectus? Judicium hoc si propositionis evidentia vel liquida demonstratione nitatur, impossibile est, ut illi non assentiamur, & hinc eatenus non est in potestate hominis. Quandoque tamen & propositioni assentimur, quæ nec evidens est, nec demonstratione suffulta. Tunc quidem non necessario assentimur: Siquidem res, quæ vera esse videtur, diligentius explorari potest; Quamdiu tamen evidens aut satis demonstrata esse creditur, non possumus non assentiri. Quemadmodum autem nec vere nec falsè de aliquo objecto judicari pot-



potest, nisi intellectus ad illud applicetur cogitando, attendendo, meditando, &c. & hæc applicatio a voluntate nostra dependet, *ita applicatio quidem intellectus ad aliquid cogitandum vel scrutandum, & illius omissio est actio libera, sed non assensus ipse.*

Hinc patet, quoniam respectu veritates & errores in intellectu dici possint actiones liberæ. Scilicet quatenus iudicatur, non sunt liberæ. Quatenus vero intellectus ad iudicandum applicatur, h. e. homo decernit, obiectum aliquod considerare, scrutari, explorare, & debitam diligentiam adhibet, vel non adhibet, quæ omnia in ipsius potestate sunt, eatenus sunt actiones liberæ.

## §. V.

Specialior  
actionum  
liberarum  
definitio.

Cum intellectus in assentiendo liber non sit, (§. 4.) actus vero facultatis appetitivæ superioris & inferioris actiones liberæ sint, quatenus non tantum ab homine procedunt, sed etiam distincta boni vel mali cognitione determinantur, aut saltem determinari possunt, (§. 2. 3.) & motus corporis, qui actionibus voluntatis liberis coexistunt, potius signa & effectus actionum liberarum, quam ipsæ actiones liberæ dici possint, (§. 2. Sch.) sequitur *actiones liberæ esse eas, quæ ab homine ipsæ eduntur, & distincta boni vel mali cognitio*



ne determinantur vel determinari possunt.  
Hinc &

1. Actiones liberae in ipso ente agente suam habere debent rationem sufficientem, & quoniam, quicquid ab interno agentis principio dependet, spontaneum dici solet, eas quoque oportet esse spontaneas;

2. Ab eo tantum edi possunt, qui intellectu & ratione instructus est;

3. Ad actiones liberas concurrere debet intellectus & voluntas, quamquam in posteriore propriam suam sedem habeant;

4. Nec tantum illae sunt liberae, quae distincta objecti cognitione actu determinantur;

5. Sed etiam, quae hoc medio determinari potuissent & debuissent.

§. VI.

De bono & malo qui distincte judicat, illius applicationem peripicit, cur aliquid pro bono vel malo habeat. Illam vero rationem ex universaliori quodam principio repetat, necesse est. Hinc & actio libera recte dicitur motus voluntatis, qui ab homine ex universaliori quodam principio determinari potest & debet.

Hæc principia possunt esse vera & falsa.

Falsa vero sunt errores, e quibus ratio veri, boni, & mali petenda non est. Er-



go axioma hoc de principiis veris tantum intelligi debet.

## §. VII.

Libertas  
definitur,

LIBERTAS in genere est facultas liberi agendi. Cum ergo actio libera sit omnino motus voluntatis, qui ab ipso homine prae via distincta boni vel mali cognitione determinatur, vel determinari potest, (§. 5. *libertatem recte definimus per facultatem aliquid sponte volendi vel nolendi secundum prae viam distinctam boni vel mali cognitionem*) Itaque

1. *Libertas est affectio voluntatis, quam quam simul in intellectu suam habeat rationem;*

2. *Quousque in hominis potestate est, volitiones aut nolitiones suis principis & notionibus distinctis inde formatis determinare, eoque extenditur hominis libertas;*

3. *Habitus, objecta voluntatis distincte cognoscendi, idque volendi & nolendi, quod bonum vel malum esse judicatur, est libertatis perfectio.*

Vocabulum LIBERTAS in scriptura vario habet significatus. Primum enim accipitur pro statu liberationis a dominio peccati, ut Jo. VIII. 36. Rom. VI. 18. VIII. 2. Secundo pro liberatione ab obligatione erga legem ceremonialem, ut I. Cor. VI.



12. VIII. 9. X. 29. Gal. V. 1. Prior LIBERTAS FIDELIVM, posterior vero LIBERTAS CHRISTIANA seu NOV. TEST. dici posset. Ab utraque differt LIBERTAS MENTIS HVMANÆ, quam hoc loco definivimus, & quæ fundamentum est omnis moralitatis actionum. Hanc scriptura vocat ἐξουσίαν περὶ τῆς ἰδίας θελήματος. 1. Cor. VII. 37. Utitur etiam vocabulo concretivo ἐκουσιος. Phil. 14.

§. VIII.

Facultas illa, motus voluntatis prævia distincta cognitione sponte determinandi, involvit primo, ut homo habeat potestatem, objecta voluntatis distincte cognoscendi, & ex certis principiis de illis iudicandi, secundo, ut in voluntate adsit dispositio, cognitionem illam sequendi, seu flexionem per eam recipiendi. Jam vero fieri potest, ut & in intellectu potentia aliquod bonorum vel malorum genus distincte cognoscendi, & in voluntate dispositio bona cognita appetendi, & mala cognita averfandi *per naturam* adsit. Sed & fieri potest, ut utraque *per gratiam Sp. S.* demum restitui debeat. Hinc oritur differentia inter LIBERTATEM NATURALEM & SPIRITVALEM. Per illam intelligo potentiam, aliquod rerum genus ex principiis

Divisio in naturalem & spiritua-lem.



naturalibus cognoscendi, & naturalem voluntatis dispositionem, volendi, quod bonum, & nolendi, quod malum esse cognoscitur; Per hanc vero dispositionem gratia Sp. S. collatam, bonum ex qualicumque principio distincte cognitum volendi & malum contrarium nolendi. Ex quo patet,

1. Libertatem tam naturalem quam spirituales absolutam & remotiorem quandam dispositionem vel facultatem supponere, se per proprias notiones distinctas ad volendum vel nolendum determinandi. Hæc enim nisi adfore naturæ mentis humanæ prorsus repugnet, distincta boni vel mali cognitione flecti. Atque tunc ne ipsa quidem Sp. S. gratia talis dispositio conferri posset.

2. Hominem libere agere, quando ad volendum vel nolendum prævia distincta cognitione sponte determinatur, sive potentiam huius flexionis per motiva præcedentia habeat a natura, sive a gratia.

3. Ab absoluta seu remota libertate ad libertatem naturalem respectu huius vel illius objecti non posse concludi. Fieri enim potest, ut in se quidem sit possibile, hominem ad volendum hoc vel illud objectum prævia boni cognitione distincta flecti, licet nec naturalia habeat principia, bonum illud cognoscendi, nec naturalem dispositionem, bonum, si cognoverit, appetendi.

4. Hinc



4. Hinc libertatem naturalem non esse me-  
ram potentiam remotam vel absolutam, sed si-  
mul vires intellectus & voluntatis involvere,  
ad actum volendi eliciendum sufficientes. Cum-  
que vires illas liberum arbitrium appella-  
re soleamus, illud a libertate naturali non  
differt.

5. Libertatem naturalem seu liberum arbi-  
trium ad ea tantum objecta extendi, quæ & ex  
naturalibus principiis cognosci, & ex naturali  
voluntatis dispositione appeti possunt.

Theologi distinguunt inter libertatem in sta-  
tu integritatis, peccati, gratiæ, & gloriæ.  
Hæ libertatis species sicuti supponunt ge-  
neraliorem quandam libertatem, quæ om-  
nibus hominibus in quocunque statu in-  
est, ita ipsæ tantum sunt variæ modifi-  
cationes & determinaciones libertatis illi-  
us generalioris. Atque hanc intelligere  
videntur Theologi, qui libertatem in *sen-  
su philosophico* sumptam omnibus inesse  
hominibus fatentur, libertatem vero in  
*sensu theologico* acceptam, quæ nihil aliud  
est, quam libertas naturalis, respectu re-  
rum spiritualium deesse statuunt.

§. IX.

Ipsa voluntatis ad aliquid volendum  
determinatio per præcedentem distinctam  
objecti repræsentationem dicitur ELECTIO.  
Unde illa

Electio,

I. Sem-



1. *Semper est actio libera; (§. 2. 5.)*
2. *Illius objectum vel est res sui generis unica, æque tamen appetenda ac averfanda, vel res ad aliquod genus pertinens, cujus plura dantur appetibiles, ideoque recte dispefitur in ELECTIONEM CONTRADICTIONIS & CONTRARIETATIS;*
3. *Illam præcedere debet deliberatio, quæ & accuratior, & negligentior esse potest. Quare etiam possibile est,*
4. *Ut malum sub specie boni eligatur, ac bonum minus majori præferatur.*

Ad hujus generis electionem homines in scriptura rejiciuntur, v. g. Deut. XXX. 15. Jos. XXIV. 15. & alibi.

## §. X.

Actio libera est vel bona vel mala.

Cum omnis actio libera ex principio quodam universaliori determinari possit, & debeat, (§. 6.) duplex actionum liberarum genus merito statuitur. Aliæ enim principiis illis conformes sunt, aliæ contrariæ. Priores appellamus **BONAS**, posteriores vero **MALAS** actiones. Cum itaque omnis actio libera cum principio, ex quo determinari debet, conveniat vel non conveniat, sequitur,

1. *Quamcunque actionem liberam bonam esse vel malam; Et quoniam actio, quæ ne*



que bona neque mala est, **INDIFFERENS** appellatur, simul manifestum est,

2. Nullam dari actionem liberam, quæ prorsus indifferens foret.

Sed, velim, observent lectores,

1. Id non intelligi de *actionibus abstractivè consideratis*, quarum nonnullæ per accedentes circumstantias demum bonæ vel malæ fiunt, & hinc in se omnino indifferentes sunt, sed de *actionibus omnimodè determinatis*, & hinc *individualiter spectatis*.

2. Neque harum actionum indifferentia *omni prorsus respectu* negatur. Olim enim in Ecclesia Judaica erant leges ceremoniales, quæ de cultu DEi publico disponebant, nonnullas vero actiones huc pertinentes non determinabant. Harum legum intuitu actiones edi poterant, nec præceptæ nec prohibitæ, licitæ tamen, & hinc indifferentes, quamquam respectu legis moralis tales non erant. Sic & in rep. actiones indifferentes dantur *respectu legum civilium*, quas tamen bonas vel malas esse oportet, si cum principiis universalioribus conferantur. Et horum respectu proprie negatur actionum indifferentia.

3. Post adventum Christi tota lex ceremonialis tollebatur, ita tamen, ut primis Christi

Chri-



Christianis actiones hac lege præceptas  
 dere liceret, si eas ex rationibus politici  
 & non ex opinione cultus divini suscipi-  
 rent. Tunc ergo opera olim præcep-  
 reddita erant indifferentia. Quemadmo-  
 dum autem tale opus decerni non poterit  
 sine accedentibus circumstantiis, quæ for-  
 ciem & qualitatem ejus determinabant,  
 &, quando edebatur, non prorsus erit  
 indifferentis. Hinc Paulus ex. gr. circum-  
 cisionem Galatis severe prohibet, Gal. V.  
 quam tamen ipse Timotheo aliquando ap-  
 plicaverat. Act. XVI. 3.

4. Ex his principiis facile patet, quid de  
*adiaphoris* sentiendum sit. *Adiaphora*  
 namque sunt ritus ecclesiastici, neque præ-  
 cepti neque prohibiti, ideoque indifferentes.  
 Horum existentiam concedimus, *abstractivè*  
 & *in genere* considerentur. Hinc & Ecclesia  
 in instituendis & ordinandis suis sua uti  
 potest libertate. Sed non prorsus sunt indif-  
 ferentia. Accedentibus enim circumstantiis  
 bona vel mala redduntur, desinunt esse  
 adiaphora. Ita enim ritus in se indifferentis  
 non amplius est indifferentis, quando cum  
 scandalo aliorum, aut ex opinione cultus  
 necessarii, aut ex perfidiosa meriti præsum-  
 ptione observatur. Quare & in ordinandis,  
 mutandis, vel rogandis adiaphoris magna  
 opus est prudentia & circumspetione.



§. XI.

Relatio actionis liberæ ad principium, quo determinari debet, dicitur ejus MORALITAS. Cum ergo ista relatio actionem bonam vel malam reddat, & hinc omnis actio bona vel mala fit, (§. 10.) patet,

Moralitas actionis.

1. Moralitatem quoque actionis dici posse illius bonitatem vel pravitatem; Et

2. Quamcunque actionem liberam esse moralem.

§. XII.

Solet autem moralitas illa in OBJECTIVAM & SUBJECTIVAM dispesci. Quod si enim actio per suam ipsius naturam bona vel mala est, OBJECTIVAM, si vero per voluntatem legislatoris, SUBJECTIVAM habere dicitur moralitatem. Actiones, quæ moralitatem objectivam habent, a Scholasticis ANTECEDENTER AD VOLUNTATEM DEI BONÆ VEL MALÆ appellantur; quæ vero subjectivam, CONSEQUENTER ad eam. Quapropter cum impossibile non sit, ut eadem actio, quæ per suam ipsius naturam bona vel mala est, talis simul sit per voluntatem legislatoris, utraque moralitas, objectiva & subjectiva, simul eidem actioni inesse potest.

Est vel objectiva vel subjectiva.

§. XIII.



## §. XIII.

Num subjective  
fine ob-  
jectiva fit?

Si vero quæras, num actio subjective bona vel mala esse possit, quæ nullam habeat moralitatem objectivam, id, puto in foro quidem divino impossibile esse. Cum enim actio subjective bona vel mala est, aliqua Dei voluntas extat, qua illa vel approbatur, vel improbatur. Deus autem nihil velle, nisi quod bonum, & nihil nolle potest, nisi quod malum esse judicaverit. Quemadmodum ergo voluntatem eius semper præcedit iudicium de bonitate vel pravitate rei, ita & rem ipsam, quam Deus vult vel non vult, in se bonam vel malam esse oportet. Quod si de actione libera prædicetur, moralitatem objectivam habet. (§. 12.) *Ergo quæcunque actio subjective bona vel mala est, simul habeat moralitatem objectivam, necesse est.*

Qui essentias rerum arbitrarias negant, sciunt, Deum nunquam sine ratione obiectiva aliquid velle vel nolle posse, veritatem huius asserti certius & clarius perspiciemus. Hinc & scriptura prædicat, sanctam, optimam, & irreprehensibilem esse voluntatem Dei: Quibus laudibus ornari haud posset, si Deus, cum leges fert, nullam qualitatis actionum haberet rationem, sed suum unice arbitrium sequeretur. Notandum tamen est, per naturam actionis

lige  
ip  
gn  
qu  
(§. 1  
bus  
pos  
dent




qua ejus moralitatem effici diximus, non solam qualitatem actionis in se spectatæ intelligi, sed quandoque etiam circumstantias & accidentales relationes, quæ individualitatem ejus constituunt. Sunt certe actiones, quarum natura in se spectata eas bonas vel malas reddit. Sunt vero etiam, quæ per circumstantias demum bonæ vel malæ fiunt. Hinc & utraque actionis consideratio apud Deum ratio esse potuit vel præcepti vel interdicti, hoc tamen cum discrimine, ut, si ratio petita fuerit ex natura actionis in se spectatæ, voluntas ejus sit immutabilis, si vero ex circumstantiis, mutabilis.


§. XIV.

Hæc qui considerat, facile intelliget, rationem existentiae moralitatis in ipsa actionum natura, rationem vero cognoscendi eam in principiis contineri, quibus aut conformes aut difformes sunt. (S. II. 13.) Ut ergo de singulis actionibus, num bonæ sint, an malæ, judicari possit, *inquirendum est, num hujus generis dentur principia, & quænam illa sint?*

Principia  
moralitatis  
actionum  
inquirenda.







## CAPVT II.

DE

## L E G E.

## §. XV.

Lex defini-  
tur.

**N**orma actionum liberarum, a superiore præscripta, dicitur LEX. *ergo ea*

1. *Esse debet propositio universalis, quæ actionum ad idem genus pertinentium qualitatem determinat;*

2. *Pro objecto habet solas actiones liberas;*

3. *A superiore præscripta est, qui per hanc propositionem declaravit, quid fieri vel non fieri vellet;*

4. *Principium illud est, ex quo omnis actio libera ab homine determinari debet; (§.6)*

5. *Hinc & actio bona recte dicitur, quæ legi conformis est, & mala, quæ illi repugnat. (§.7)*

Legem non quamcunque sed MORALEM finivimus, quæ propter præstantiam suam LEX simpliciter dici solet. Potuisset norma actionum liberarum definiri, *adjecta mentione superioris.* Quia nulla lex vere datur, nisi a superiore & jam de legibus propriissime & strictissime talibus agitur, quæ sine idea superioris concipi nequeunt, Deus etiam superioritatem suam graviter inculcabat, cum



in eo erat, ut legem suam promulgare vellet, Exod. XX. 2. hanc determinationem definitioni inferendam esse, merito putavimus. Quatenus norma actionis rationibus nititur, ex actionis indole, consuetariis, & circumstantiis desumptis, CONSILIVM appellari solet. Hinc cum actiones liberæ habeant moralitatem objectivam, (§. 13.) & hinc ratio præcepti vel interdicti divini semper petita sit ex actionis natura, (§. 12.) leges divinæ haud immerito dicuntur consilia.

Qui vero consilia divina fingunt, quæ non essent simul leges, & quæ homines pro arbitrio sequi & non sequi possent, manifestam contradictionem admittunt. Neque huc trahi possunt loca Matth. XIX. 11. 12. 21. 1. Cor. VII. 1. 7. 25. IX. 14. Nam ibi de actionibus sermo est, quæ non absolute & in se bonæ vel malæ sunt, sed per circumstantias variabiles suam moralitatem, eamque vel majorem vel minorem, nanciscuntur. Unde & non universaliter præcipiuntur, sed circumstantiæ tantum monstrantur, quibus existentibus bonæ, & hinc præceptæ essent, nisi ob defectum domini aut alias circumstantias majus malum metuendum sit.

## §. XVI.

Quemadmodum superior ille, qui alio-  
D 2
Divisio legum.



rum actiones pro arbitrio determinat, hinc LEGISLATOR appellatur, aut DEVS & ipse HOMO esse potest, ita & leges in DIVINAS & HUMANAS dispescuntur. Divinæ sunt normæ actionum, ab ipso Deo hominibus præscriptæ. Cumque per lumen rationis homini innotescunt, NATURALES, cum vero per externam revelationem declarantur, POSITIVÆ dicuntur.

## §. XVII.

Dantur leges naturæ.

Duplex datur rerum finis, cui omnia quæ sapientissimus mundi opifex condidit inservire debent, GLORIÆ DIVINÆ MANIFESTATIO, &, quæ illi subordinata est, HUMANVM FELICITAS. Ad quem finem & liberæ hominum actiones tendere debeant, inde nascuntur propositiones quædam universales & actiones, quæ ad hunc finem consequendum faciunt, determinantes, & simul voluntatem Dei declarantes. Istæ propositiones sunt: *Quicquid gloriam Dei manifestat, aut felicitatem hominum promovet, illud agendum; quicquid vero gloriam Dei obscurat, aut hominum felicitatem impedit, illud fugiendum est.* Has propositiones declarare, quid Deus ab hominibus agi vel non agi velit, facile intelligentes, qui expendunt, Deum non posse non velle, quicquid finibus ejus respondet, vero averfari, quod illis repugnat. Et



& pro principiis seu normis actionum, ab ipso Deo præscriptis, h. e. pro legibus divinis habendæ sunt. (§. 15. 16.) Quia vero homo harum propositionum veritatem ratione sola prælucente perspicit, & hujus generis leges naturales appellentur, (§. 16.) patet, *dari leges naturales.* Quæ res eo minus in dubium vocari potest, cum scriptura testetur, gentes, lege extrinsecus revelata carentes, habuisse legem, cordibus suis inscriptam. Rom. II. 14. 15. observandum autem est,

1. *Summam & præcipuam legem naturæ esse, manifestetur gloria divina, Rom. I. 21. illique proxime subordinari illam alteram, promoveatur propria cujusvis felicitas, Eph. V. 29.*

2. *Ex his principiis multas conclusiones specialiores formari posse, quæ omnes pariter sunt leges naturæ.* Plurimarum enim actionum ad hoc vel illud genus pertinentium ratio intelligi potest tum ex ipsa illarum natura, tum ex consuetudinibus. Inde oriuntur subsumptiones, actiones nimirum, quæ hujus vel illius generis sunt, illustrare vel obscurare gloriam divinam, nec non promoveri vel impediri propriam hominis felicitatem. Ergo conclusiones, quæ docent, hoc vel illud actionum genus sectandum vel fugiendum esse, specialiores sunt leges naturæ. Act. IV. 19. Rom. I. 32.

3. *Actiones, quæ duobus illis summis principiis,*



*cipiis, aut conclusionibus inde formatis, conformes sunt, bonas, oppositas vero malas esse; (§. 10.*

4. Denique has leges non tantum ratione hominibus concessa, qua actionum naturam & relationem ad fines divinos explorare possunt, sed etiam fatis prosperis & adversis, quæ hominibus bonum vel malum eligentibus obtinent, revelari a Deo.

Quamquam homo naturalis non nisi externam honestatem sectari potest, atque formalem operis bonitatem non constituit tamen, ut constaret, eam Deum velle, homines honestos quandoque præmiis temporalibus ornavit, quæ quasi signa & testimonia divinæ erga nos voluntatis sunt.

§. XVIII.

Illius affectiones.

Cum vero leges naturæ sint normæ a ipso Deo præscriptæ, (§. 16.) & Deus ipse non possit esse contrarius, sequitur,

1. Nullam dari contradictionem inter leges naturæ ipsas;

2. Neque eas aliquando abrogari, aut contrariis legibus positivis tolli posse;

3. Hinc quoniam dispensatio est permissio moralis, ut aliquid fiat contra leges easdem esse indispensabiles.

Apparentes igitur contradictiones legum naturalium tum inter se, tum cum legibus positivis, tollendæ sunt vel per circum-



stantiarum diversitatem, quæ actionem lege alias præceptam vel prohibitam mutant & eximunt, vel per limitationem alterius legis, quam alia lex opposita monstrat, ubi tamen, quænam lex limitanda sit, ex generali quodam principio dignoscendum est. Leges naturæ absolute quidem sunt indispensabiles. Quia vero nonnullæ illarum non simpliciter fundatæ sunt in ipsa actionis natura in se spectata, sed in quibusdam circumstantiis, quæ abesse possunt, licet id non perspiciat humana ratio, Deus quandoque actionem permittere potest, quæ lege naturali prohibita esse videtur, quamquam hoc casu vere non dispensatur contra legem.

## §. XIX.

Itaque homo sibi relictus quandoque ignorat, num adsint circumstantiæ, quibus existentibus actio præcipitur vel prohibetur. Multarum quoque actionum; naturam & relationem ad finem Dei ultimum sola ratione non potest perspicere, quod efficit, ut generaliora legum naturalium principia ad casus singulares applicare, & hinc leges specialiores sub universalioribus comprehensas invenire nequeat. Accedit, plerorumque hominum simplicitatem adeo magnam esse, ut admodum difficult.

DEus tulit  
leges posi-  
tivas.



ficulter vel plane non videant, quod rationis & naturæ lumen alias monstrari posset. His causis movebatur Deus, ut externa revelatione voluntatem suam declararet, & hinc LEGES POSITIVAS ferret (§. 16.) Id vero fecit non tantum

1. Precipiendo & prohibendo; sed etiam
2. Promittendo præmia, & comminando penas; similiter
3. Revelando ea, quæ ipse fecerit, & in quibus eum imitari possint homines;
4. Commemorando vitam & facta Christi quibus exemplum nobis reliquit; denique
5. Approbando vel improbando opera aliorum, qui ante nos vixerunt.

Magnum ergo Dei beneficium est, quod nobis legem suam revelaverit, ut & facilius & plenius, & certius eam cognoscere possimus. Hæc olim erat populi israeliticæ prærogativa, ab ipso Deo prædicata. PL. CXLVII. 19. 20. Postquam vero verbum Dei ad omnes gentes delatum est, communi hoc beneficio fruuntur, aut certe frui possunt.

### §. XX.

Et quidem  
triplicis generis.

Ejusmodi divinæ voluntatis revelationes mox ab initio mundi factas esse, & facile præsumi potest, & historia sacra docet. Nunquam autem plenius, & solemnius



minus patefacta est lex divina, quam cum Deus populum suum ex Ægypto eduxerat, & in deserto peregrinanti formam tum reipublicæ tum Ecclesiæ tradebat. Exod. XX. seqq. Hinc & Paulus comparative inquit, legem ante tempora Mosis non extitisse. Rom. V. 13. 14. Gal. III. 17. 19. Quemadmodum autem triplex datur legum genus. quarum aliæ hominem, ut talem, aliæ hominem, ut membrum Ecclesiæ, aliæ vero eum ut civem seu membrum reipublicæ obligant, ita & populus israeliticus triplicem a Deo legem accepit, MORALEM, CEREMONIALEM, & FORENSEM.

## §. XXI.

LEX CEREMONIALIS statuta continebat, quibus determinabantur actiones ad cultum DEI publicum pertinentes. Cum ergo præcipua promissio Israelitis data Christum ejusque meritum respiceret, Gen. XXII. 18. coll. Gal. III. 16. cujus adventum sperare, & in quem credere eos oportebat, illorum quoque cultus publicus ita comparatus esse debebat, ut & in memoriam illis revocaret promissionem de Messia futuro, & publica esset confessio, se talem mundi Redemptorem ex sua gente oriundum expectare. Hinc tota lex ceremonialis non poterat non esse ad-

Lex ceremonialis, e-  
jusque ab-  
rogatio.



umbratio futuri Messiã ejusque meriti  
Gal. III. 23. 24. Col. II. 16. 17. Ebr. IX. 9  
X. 1. At vero cessante fine & ratione le-  
gis ipsa lex ejusque valor & obligatio ce-  
dere debet. Quare cum Christo in car-  
ne exhibito finis legis ceremonialis exsp-  
raret, *ipsam quoque legem ceremonialem*  
*rogari oportebat.* Hanc abrogationem Deus  
in Vet. Test. prædixerat, Ps. CX. 4. col.  
Ebr. VII. 11. 12. 18. 19. Jer. XXXI. 31. seq.  
Dan. IX. 27. in novo autem præcepit, Act.  
XV. 24. 28. Gal. V. 1. 2. 3. Col. II. 16. 17.  
Ebr. VII. 18. VIII. 13. & per destructi-  
onem templi hierosolymitani consum-  
mavit.

Quemadmodum lex ceremonialis præcip-  
disponebat de sacrificiis & lavacris, ita  
actionibus typicis duplex Christi me-  
ritum, passivum & activum, præfiguratum  
esse credo. Jo. XIX. 34. 1. Jo. V. 6. H-  
ratione lex ista insignem partem Evange-  
continebat. Quia vero per modum leg-  
concepta erat, ejusque observantia publi-  
erat confessio, Messiam Patribus promi-  
sum adhuc futurum esse, post adventum  
Christi, impletisque omnibus, quæ  
ceremonialis adumbraverat, non amplius  
observari poterat. Quod tamen ita inte-  
ligi debet, ut ex opinione necessitatis  
cultus divini observari non potuerit.



lias enim constat, nonnullos ritus lege ceremoniali institutos & signa politica nationis judaicæ fuisse, & aliis finibus intervenire potuisse. Ex hac causa Paulus ipse non dubitabat, Timotheum circumcidere, Act. XVI. 3. aliasque partes legis ceremonialis adimplere. Act. XXI. 24. 26. Imo Christiani, qui gente erant Judæi, hunc morem adhuc diu sequebantur. Quare quod in Concilio Hierosolymitano decretum erat de abstinentia ab hujus legis adimplerione, ad solos Christianos ex gentilismo conversos pertinebat. Act. XXI. 25. His enim eadem lex præscribi non poterat, sine accedente opinione necessitatis & cultus divini.

## §. XXII.

Status ecclesiasticus Judæorum singulari quoque Reip. formam poscebat, quam ipse Deus sapientissime instituebat, & quam Theocratiam fuisse novimus. Ut itaque nulla Resp. carere potest suis legibus civilibus, ita & DEUS eas populo suo tulit, quarum complexus dicitur LEX FORENSIS. Præcipit aut prohibet illa actiones, de quibus judicari debebat in foro, & simul modum judicandi ipsamque sententiam a magistratu ferendam definit. Plerarumque harum legum ratio continebatur in singulari forma reip. judaicæ, in illius

Lex forensis ejusque abrogatio.

us



us relatione ad cultum Dei publicum, & in possessione terrarum a Deo populo suo donatarum. Sed nec impossibile est, ut inter has leges nonnullæ fuerint, propter communem omnium Civitatum finem lætæ, aut etiam aliæ naturales, quarum observantiam Deus auctoritate Magistratus politici firmari voluit. *Ergo destructa huiusmodi singulari Ebræorum Rep. abrogatisque legibus ceremonialibus, & populo ex palestina pulso omnes illæ leges forenses simul cadunt, quarum ratio in his circumstantiis contenta erat, reliquæ vero, quæ aut naturales sunt, aut in communi Rerump. sine fundatæ, suum valorem retinuerunt.*

Quare sicuti lex forensis magistratus & subditos aliarum gentium ideo non obligat quia divinam habet originem, ita nec ideo legis forensis obligatio statim neganda est quia est lex forensis. Explorari potius oportet, quænam legis istius fuerit ratio. Si communis, ad omnes gentes pertinet. Si singularis, in singulari Judæorum conditione contenta, cessat ejus obligatio. Unde & Paulus nonnullas legum forensium ad statum Christianorum applicat. *1. Cor. IX. 9. 14.* Alias vero Christus ipse sustulit. *Matth. XIX. 8. 9.* Quam legum forensium diversitatem qui definitur vult, videat, quænam cujusvis fuerit ratio



tio. Si generalior ab ipso Deo redditur, aut plane nulla, ea tamen in singularibus Judæorum circumstantiis inveniri nequit, lex non abrogata censeri debet. Sin vero ex peculiari Judæorum conditione, ex forma regiminis theocratica, aut ex possessione terræ promissæ explicari potest, ad solum populum judaicum pertinuit, quamdiu proprio foro & fundo fruebantur. Unde ne ipsi quidem Judæi hodie postulare possunt, ut a Magistratu christiano secundum veteres suas leges judicentur.

## §. XXIII.

Longe alia est ratio LEGIS MORALIS, Lex moralis, qua Deus Judæorum, ut hominum, actiones determinavit. Hanc

1. *Decem præceptis complexus est, Exod. XX. 3-17. XXXIV. 28. Deut. IV. 13. X. 4. unde & DECALOGVS dicitur;*

2. *Magna & terribili cum pompa populo suo tradidit; Exod. XIX. 10. 11. 16. 18. 19. XX. 18.*

3. *Ipse eam duabus tabulis lapideis inscripsit; Exod. XXXI. 18. XXXII. 15. 16. XXXIV. 27. 28. Deut. IX. 10.*

4. *Christus autem illa decem præcepta ad duo potiora reduxit, quæ summam totius legis continerent, & quorum alterum dilectionem Dei, alterum vero dilectionem proximi, dilectioni nostrum*



*nostrum ipsorummet equalem, inculcat. Matth. XXII: 37. seqq.*

Deus tum singulari promulgatione tum descriptione in tabulis lapideis decem illa praecepta a reliquis legibus diffinit. Cum ergo, quicquid ad decalogum non pertinet, aut ecclesiastica aut civilia officia determinet, ac Moses ipse hanc legem, qua foedus Dei contineri dicitur, a lege ceremoniali & forensi, *Chibim & Mischpatim*, distinguat, Deut. II. 13. 14. dubium non est, quin Decalogus de officiis hominum, qua talium, agat, ut de & κατ' ἐξοχὴν *lex moralis* appellatur, quod nomen alias quoque ceremoniali & forensi legi imponi potest. Historia descriptionis decalogi in duabus tabulis, & testimonium Christi, alia hujus legis praecepta amorem Dei, alia vero amorem proximi praecipere, nos docent, prioris generis praecepta primae, & posterioris secundae tabulae inscripta fuisse. Sed quaeritur quomodo sint dividenda? Nonnulli putant, praecepta primae tabulae numero quatuor esse, secundae autem numero sex. Atque hi sentiunt, praeceptum de non faciendo simulacro singulare esse, distinguendum a praecepto primo de non habendis Diis alienis, praeceptum vero de non concupiscendo domum proximi, & de non concu-



concupiscendo uxorem; servum; ancillam, &c. ejus, quæ alias distingui solent, unum tantum esse. Nos vero statuimus, tria tantum esse præcepta, quæ ad primam tabulam pertinerent, illudque de non faciendo simulacro esse tantum interpretationem primi. Hinc ad secundam tabulam septem referuntur. Et quia non possunt esse pauciora decem præceptis, illud de non concupiscendo domum proximi, & de non concupiscendo ejus uxorem, aut alias res mobiles, ita dividimus, ut duo sint distincta præcepta. Tota hæc controversia quamvis in se levis sit, nec ullum religionis caput tangat, cum utrinque eadem præcepta retineantur, nostram tamen sententiam merito præferendam esse judicamus. Primo enim præcepto Deus omne genus idololatriæ prohibet, cumque simulacra facere, colere, & adorare sit species idololatriæ, & quidem præcipua, interdictum hoc de non faciendis simulacris sine dubio pars est aut interpretatio præcepti primi. Illud vero, quod nos nonum & decimum esse statuimus, unum quidem esse videtur, si tantum rerum christianarum habeatur ratio, sed apud Judæos aliud erat delictum, fundum proximi sui concupiscere, & aliud, res ejus mobiles desiderare. Hinc & utrumque Judæis singulari præcepto prohibebatur. Et quoniam

tunc



tunc erant diversa præcepta, nos hunc modum dividendi & numerandi retinemus idque, quod in iis ad forum simul spectare videtur, de sola interna moralitate intelligimus.

## §. XXIV.

Non abrogata.

Lex itaque moralis ad homines, ut illi, pertinet. (§. 23.) Cumque summum illius sit, diligere Deum & proximum (§. 23. num. 4.) quod actionum generis natura Dei, in naturali dependentia hominum ab eo, & relatione ad se invicem suam habet rationem, Christus etiam dicit se non venisse ad solvendum legem, Matth. V. 17. quod de ceremoniali & forensi lege Judæorum intelligere haud potuit, (§. 21. 22.) & denique in novo testamento præcepta legis moralis renoventur & incutentur, facile patet, *legem moralem nunquam esse abrogatam.* Ergo ea

1. Est declaratio, quid Deus a quocunque homine quovis tempore fieri aut non fieri velit.
2. Et quoniam leges positivas tulit, ut hominibus facilius, plenius, & certius constaret, quid illis faciendum vel omittendum esset, quam ex lege naturali constare poterat, (§. 19.) *hæc quoque lex moralis præcipue norma actionum liberarum esse debet.*

Evangelium, quod docet, fide & non operibus



ribus legis justificari hominem, minime sustulit legem, sed, teste Paulo, eam potius confirmavit & stabilivit. Rom. III. 31. Dum enim monstrat vicariam legis adimplerionem, fide apprehendendam, qua deficiente nemo salvari posset, simul ostendit, hanc legem prorsus invariabilem & adeo necessariam esse, ut ab obligatione, eam servandi, hominem liberare nequeat. Et quamvis homo eam perfecte adimplere non possit, ideoque aliena justitia justificari debeat, manet tamen voluntas Dei immutabilis, ut homo eam servet, quantum possit.

## §. XXV.

Quum Deus legem moralem Israelitis tradebat, eamque in perpetuam rei memoriam tabulis lapideis inscribebat, sine dubio eos omnia docere volebat, quæ ipsis, ut hominibus, facienda essent, & fugienda, & ab omni probabilitate alienum est, ab hoc tempore usque ad adventum Christi nonnulla præceptorum divinorum ignorata esse a populo Dei. Accedit, summam de lege Dei perfectionem prædicari, Ps. XIX. 8. Deum serio vetuisse, quicquam legi suæ addi, Deut. IV. 2. XII. 32. Christum ipsum, quoties de operibus legis quaestio erat, homines ad legem mosaicam rejecisse, Matth. XIX. 17. 18. 19. Luc. X.

Nec novis  
legibus au-  
cta.



26. seqq. & Joannem testari legem per  
Mosen datam esse, per Christum autem  
gratiam ac veritatem nobis obtigisse.

I. 17. *Quare decalogus novis legibus a Christo  
auctus non est.*

§. XXVI.

Quid de lege  
evangelica senti-  
endum?

Evangelium autem cum prædicatur  
quod proprie est annunciatio operis re-  
emtionis, & voluntatis divinæ, hominibus  
per Christum salvandi, non tantum dicitur  
cui, se adesse, & jam legem ceremoniam  
lem finem suum consecutum esse, sed  
etiam simul media illa revelavit, quibus  
justificari, cum Deo uniri, & in fide eorum  
firmari possimus. Cum ergo lex prædicatur  
piat, ut quisque proximum suum diligat  
sicut se ipsum, (§. 23. num. 4.) quo ipsorum  
lectio sui ipsius & usus omnium medi-  
orum, suam ipsius felicitatem promovenda  
inculcatur, (§. 17.) novæ hinc formari possunt  
sunt conclusiones, quæ significant, esse  
luntatem Dei, ut agamus vel non agamus  
quod Evangelium bonum vel malum esse  
monstrat. Hujus generis propositiones  
veræ sunt leges. (§. 15.) Ergo nova datur  
lex, quæ EVANGELICA dici potest. Quæ  
ut recte animo concipiamus, tenendum  
est,

I. *Legem evangelicam esse legem moralem  
applicatam ad objectum Evangelii, h. e. non  
ma*



mam agendi, quæ ratiocinando colligitur simul ex lege & evangelio ;

2. *Legem evangelicam proprie non esse doctrinam evangelii, quæ non præceptis, sed promissionibus bonorumque spiritualium oblationibus continetur, sed doctrinam legis, quæ vero sine evangelio non innotesceret ;*

3. *Hinc & Christum tradendo legem illam non evangelium sed legem prædicasse ;*

4. *Minime vero propterea novas leges tulisse, sed tantum nova objecta revelasse, ad quæ lex vetus applicari possit & debeat ;*

5. *Præcipuam quidem imo rectius unicam hujus generis legem esse: Crede in Jesum Nazarenum, tanquam Redemptorem mundi in carne jam exhibitum ; sed plures specialiores in eadem contineri, veluti, noli gratiæ Sp. S. resistere, utere sacramentis novi fœderis, &c.*

EVANGELIUM proprie non est lex, plerumque tamen cum doctrina legis conjungi solet. Quando scriptura mentionem facit LEGIS FIDEI aut SPIRITVS, Rom. III. 27. VIII. 2. non semper intelligenda est lex evangelica secundum definitionem a nobis traditam, sed quandoque Evangelium ipsum. LEX enim, quod vocabulum multiplicem habet significatum, sæpe ponitur pro qualicunque doctrina, & in specie pro doctrina Evangelii, ut Rom. VIII. 2.

E 2

Gal.



Gal. II. 19. Existimo tamen, LEGEM DEI & LIBERTATIS quandoque ipsam gem evangelicam, uti a nobis definitur, significare. Huc pertinere credo Rom. II. 27. Jac. I. 25. Atque hæc lex, non deditur, quin jam in Vet. Test. extiterit. Longe vero clarius & plenius manifestata est in Nov. Test. Præsente enim Christo abolebatur lex ceremonialis, persona Messia determinabatur, nova sigilla fœderis in media gratiæ instituebantur, &c. Hæc & novæ legis applicationes ad objecta angeliformandæ erant.

## §. XXVII.

Interpretatio legis.

Multa in sacris literis præcipiuntur & prohibentur, de quibus in decalogo, si verba spectes, immediate non agitur. Nihil tamen minus ille sufficientissima est actuum norma, nec unquam novis legibus aucta. (§. 25.) Ergo leges istæ, quæ in decalogo extare non videntur, sunt tantum interpretationes ejus ac specialiores applicationes. Cujus rei exempla evidentissima legimus Matth. V. 21. seqq. Quomodo autem per harum legum collectionem & justam dispositionem sensus decalogi clarius exprimitur, ita forte & plura alia objecta extendi & applicari potest. Hinc patet, opus esse interpretationis. Et ne hoc in negotio sinistre procedatur,



1. *Ante omnia investigandus est verus significatus vocum legis tum interpretanda tum interpretantis;*

2. *Cumque Deus sua lege non abstrusa fidei mysteria proponere, sed actiones hominum determinare voluerit, idque ideo, ut voluntatem ejus facilius & certius cognoscerent ex ea, quam ex naturali lege cognoscere possunt, (§. 19.) & propter hanc causam magna claritas legi divinæ inesse debet, retinendus est proprius, naturalis, & facillimus vocum significatus.*

3. *Inprimis autem ratio haberi debet interpretationis authenticae, h. e. legum singularium, quæ aliquod decalogi præceptum interpretantur, licet non semper constet, quodnam præceptum determinate respiciant. Ipsæ enim singulares illæ leges immediate audiendæ sunt, & cum ab eodem auctore proficiantur, ejusdem sunt auctoritatis & valoris, cujus sunt præcepta decalogi.*

4. *Præceptum, quod de aliquo actionum genere agit, omnes illius species comprehendit, & ad omnia harum specierum individua applicari debet.*

5. *Præceptum, quo quid jubetur, simul prohibet contrarium, & quo quid prohibetur, simul præcipit contrarium.*

E 3

6. Si



6. Si quod datur præceptum, cuius interpretatio aut extensio est dubia, attendatur ratio, præcepto generali; quod de hoc actionum genere disponit, contenta, & ex ea verus sensus determinetur.

7. Cæterum communes adhibeantur interpretandi regulæ, quæ ex dicendi genere, occasione, intentione & fine loquentis sensum enunciant.

Præceptum generale, cuius specialiora Deus ipse recensuit, latius & ad alios casus singulares non videtur extendendum esse, præsertim si ratio legis a priori non constat. Divinæ approbationes aut improbationes alicujus facti etiam interpretationis locum habendæ sunt. Si qua actionum species commendatur vel prohibetur, & reliquarum eadem est ratio, norma generalis formari potest, quæ aliquod decalogi præceptum interpretatur.

### §. XXVIII.

Relatio legis positivæ ad naturalem.

Præcipuum legis naturæ principium est: Fac ea, quæ gloriam Dei illustrent, et amque ipsius perfectionem promoveant (§. 17. num. 1.) Summa vero legis positivæ moralis: Dilige Deum ex toto corde & proximum tuum, sicut te ipsum. (§. 23. num. 4.) Quare cum lex naturæ contrariis legibus positivis abrogari non potuerit.



rit, (§. 18.) sed hæc potius promulgatæ sint in clariorem & pleniorẽ legis naturalis manifestationem, (§. 19.) sequitur,

1. *Legem de amore Dei & proximi genuinam media gloriam Dei illustrandi, & propriam felicitatem promovendi, monstrare;*

2. *Leges istas, quæ decalogum interpretantur simul esse legis naturalis interpretationes, quamvis illarum ratio a priori reddi non possit;*

3. *Si qua lex naturæ ex certis principiis demonstrari potest, quæ nec in decalogo nec alibi in scriptura disertis verbis expressa legitur, eam implicite contineri in decalogo;*

4. *Legem igitur scriptam, quæ tali legi naturæ contradicere videretur, ita limitandam & interpretandam esse, ut apparens illa contradictio tollatur;*

5. *Hinc & scrutinium legum naturalium ipsis Christianis diligenter commendandum esse.*

Quando gentilibus neglectus veri cultus Dei aliarumque virtutum, quas ratio eos docere potuisset, exprobratur, Rom. I. 21. seqq. & ipsi sine lege scripta judicandi dicuntur, Rom. II. 12. scrutinium & diligens meditatio legum naturalium omnino necessaria est. Cæterum licet lex positiva justa interpretatione merito limitetur, si lex naturæ clare demonstrata non limitatæ contradiceret, minime tamen



limitanda est, si quid prohibeat, quod secundum jus naturæ licere videretur. Nam hoc casu lex positiva nostram infirmitatem juvat, & legem naturæ, quæ occulta erat e tenebris quasi producit.

## §. XXIX.

Leges civiles sunt divinae.

Leges civiles ipsis legibus divinis approbantur & confirmantur. Deus enim Respublicas, quæ legibus civilibus carenequeunt, non tantum propter necessitatem & insignem utilitatem approbat, sed etiam suaque providentia regit & conservat. Dan. IV. 29. Jo. XIX. 11. sed etiam alibi quando ipse instituit immediate. Ad hanc dantur leges, quibus homines jubentur obedientiam præstare magistratibus, ad quæ ratione, quod ipsi a Deo constituti essent. Matth. XXII. 21. Rom. XIII. 1. sequitur. 1. Pet. II. 13. 14. Quodcumque autem legum genus a Deo ipso approbatur & firmatur, illud hoc ipso in legem divinam abit. Ergo leges civiles vere sunt divinae. Quia vero Deus nihil approbare potest quod ipsius voluntati repugnat, & fieri potest, ut hujus generis leges ab impio magistratu ferantur, id tantum de legibus civilibus valet, quibus nulla lex Dei violatur.

Act. IV, 19.



## CAPVT III.

DE

OBLIGATIONE CHRISTIANORVM  
AD SERVANDAM LEGEM.

## §. XXX.

Qui ab initio discipuli Christi diceban-  
tur, primum Antiochiæ appellati  
sunt CHRISTIANI. Act. XI. 26. Discipu-  
lorum autem Christi quænam sit forma &  
qualitas, tum ex exemplis, tum ex præ-  
ceptis, in sacra scriptura obviis, satis con-  
stat. Ad duo tamen potiora requisita ipse  
Saluator noster reliqua omnia revocat,  
quum dicit, discipulos sibi faciendos esse  
omnes gentes, & baptizando & docendo,  
Matth. XXVIII. 19. 20. Baptizari sine du-  
bio jubentur, ut fidem in sacro-sanctam  
Trinitatem coram mundo publice profi-  
terentur; Matth. XXVIII. 19. coll. 1. Cor.  
I. 13. 14. 15. Doceri autem, ut omnia ser-  
varent, quæ Christus præceperat, & quo-  
rum præcipuum est fides in eum. Matth.  
XXVIII. 20. Marc. XVI. 15. Jo. VI. 40.  
Act. XVI. 30. *Ergo Christianus est, qui do-  
ctrinam Christi externe profitetur, & interne  
in eum credit.* Hinc & Paulus totam Chri-  
stianorum religionem professione & fide  
contineri ait. Rom. X. 9. 10. Manifestum  
autem est,

Christiani  
quinam  
sint?

I. Cum



1. Cum externa professio sine interna fide, & fides sine professione esse possit, *triplex dari Christianorum genus, primum eorum, qui doctrinam profitentur, & non credunt, secundum eorum, qui credunt, & non profitentur, tertium eorum, qui profitentur & credunt simul.* Primi generis Christiani tantum NOMINE tales sunt, secundi RE tantum tales, tertii NOMINE ET RE tales simul.

2. Baptismus in se quidem est efficax, sed solum gratiæ medium, simul tamen solum omnis ritus, quo quis se doctrinam Christianam approbare & amplecti profitetur. Cum ergo externa professio Christianum, saltem nomine talem, constituat, de interna autem cordis qualitate & dispositione nec certo judicare possit, sequitur, *omnes baptizatos pro Christianis habendos esse.*

3. Quia tamen duo sunt requisita veri Christiani, professio & fides, *verum quocumque Christianum non tantum baptizatum esse, sed etiam in Christum credere oportet.*

Qui in Christum credit, non negliget, sed coram mundo fidem suam profiteri. Quod vero edendæ confessionis deesse potest occasio, aut baptismi applicatio qualicunque causa interdum impeditur, fieri potest, sed quis re ipsa sit Christianus, licet nominis talis non sit. Sane in prima Ecclesia multum inter catechumenos vere credentes



rant, quibus tamen baptismus aut plane non, aut admodum sero, & fere sub exitum vitæ obtigit.

§. XXXI.

Veri Christiani, de quibus solis hoc loco differendum est, in Christum credunt. (§. 30.) Fides autem noticia, assensu & fiducia constat. Ergo

Illorum interna qualitas.

1. Veri Christiani norunt ea omnia, quæ ad salutem creditu sunt necessaria, h. e. legem & evangelium;

2. Illis ex toto corde assentiuntur;

3. Et meritum Christi divinasque promissiones Evangelii fiducialiter apprehendunt, sibi que applicant.

§. XXXII.

Quo factò per Dei gratiam iustificantur. Rom. III. 24. 25. IV. 5. 6. 7. 8. Ergo

Et externa relatio.

1. Illis imputatur tum satisfactio tum iustitia Christi;

2. Propter satisfactionem Christi sibi imputatam peccatorum remissionem consequuntur, & propter iustitiam ejus secum communicatam pro justis declarantur.

3. Ideoque a pœnis absolvuntur, & filii Dei nec non heredes aeternæ vitæ constituuntur.

§. XXXIII.



## §. XXXIII.

Dei voluntas, ut legem servemus.

nimium

apparet

Cuncta hæc beneficia hominibus contingunt sola fide, sine operibus legis, Rom. III. 20. 22. 28. IV. 6. ideoque bona opera non sunt facienda, ut æternam vitam consequamur. Eph. II. 8. 9. Marc. XVI. 1. Nihilominus hæc est perpetua immutabilis Dei voluntas, ut legem servemus. Nam

1. Lege sua declaravit, quid bonum sit, & quid malum, (§. 15.) quod, cum lex ceremonialis & forensis abrogata (§. 21. 22.) præcipue de lege naturali positiva morali, nunquam abrogata, intelligi debet. (§. 18. 24.) Si ergo nollet, parum curaret, ut lex ista servaretur, in actionem malam consentiret, & bonam nolle posset. Sed hoc ipsum infirmitatem eius sanctitatem penitus everteret. Ergo non potest non velle, ut Christiani legem suam servent.

2. Summa legis naturalis est: Illustratur gloria divina, & promoveatur propter cuiusvis felicitas; (§. 17.) Positivæ vero morales: Dilige Deum ex toto corde, proximum tuum sicut te ipsum. (§. 23) Quod si ergo Deus harum legum transgressionem Christianis permitteret, necesse non foret, ut suæ gloriæ manifestationem ac creaturarum felicitatem vellet, ipse



etiam perinde foret, si ipse & proximus a nobis diligatur, si non diligatur. At vero id & sanctitati & fini ejus ultimo prorsus repugnat. Ergo nullo non tempore vult, ut hisce legibus satisfiat.

3. Inprimis vero id a Christianis fieri vult, quos regeneratione ad facienda bona opera praparavit, Eph. II. 10. & quibus fidem impertitus est, quæ per charitatem se exserit, Gal. V. 6. & quæ sine operibus mortua foret. Jac. II. 17. 26.

4. Hinc & Christus & Apostoli ejus leges divinas toties repetierunt, studium bonorum operum diligenter inculcarunt, & testati sunt, esse Dei voluntatem, ut sanctimoniam vitæ studeamus. 1. Thess. IV. 3.

Vicaria legis adimpletio non ideo facta est, ut ea nihil amplius ad nos pertineret, sed ideo, ut perfecta extaret justitia, cujus intuitu justificari possemus, & quæ nostris operibus comparari non poterat. Ergo quamvis Dei voluntas non sit, ut legem servemus ad impetrandam seu promerendam justificationem, vult tamen, ut alio fine illi obedientiam præstemus. Hujus voluntatis immutabilitatem ipso merito Christi activo satis demonstravit. Nam si possibile foret, ut hanc voluntatem unquam abjiceret, non opus fuisset, ut Christus



stus legi subiceretur, nobisque ejus justitia imputaretur.

## §. XXXIV.

Motiva servandi legem, quæ habent Christiani.

Quemadmodum autem Deus vult, legem ejus servemus, ita & multa gravissimaque præsto sunt motiva, quibus homo christianus moveri potest, ut studium servandæ legis divinæ sibi habeat commendatissimum. Intelligimus namque per motiva quascunque causas & rationes, quæ docent, actionem esse bonam, ideoque appetendam, aut malam, ideoque avoidendam. Priori casu motiva volendi, posteriori motiva nolendi appellantur. Hujus generis ratio

1. *Est ipsa voluntas Dei*, quam, Christiani sciunt, esse optimam perfectissimamque, & hinc non nisi verum bonum velle & non nisi verum malum nolle. Rom. XII. 2. Quantum huic motivo ineffabile pondus, si homini regenito proponeretur, cum non ignoraret Paulus, sola voluntatis divinæ commemoratione fideles ad intercessionem pro omnibus hominibus hortabatur. 1. Tim. II. 3.

2. *Ingens Dei beneficium, in opere justificationis collatum, alterum est motivum, faciendi ea, quæ lex præcipit, & fugiendi, quæ prohibet.* Quæcunque enim actio illi grata & acce-



accepta est, qui nos summis maximisque beneficiis ornavit, illam fideles bonam, præclaram, appetendam esse recte judicant. Atqui norunt, ita comparatas esse actiones omnes, quæ lege præcipiuntur. Ergo gravissimam rationem inde petunt, Deum hoc genere actionum colendi. Quare etiam Paulus magnam illam misericordiam, in justificatione peccatoris manifestatam, intueri jubet fideles, ut hac contemplatione ad sanctimoniam vitæ excitentur. Rom. XII. 1.

3. *Accedit alia ratio, quæ est manifestatio sanctitatis & præstantiæ christiane religionis per opera legis.* Quam sicuti Christiani, divinitatem & efficaciam hujus religionis in se ipsis experti, bonam, Deo acceptam, & regno Christi proficuum esse norunt, ita & vitæ sanctitate promoveri, omnesque contrarias obtreccionem & criminaciones refutari, optime sciunt. Matth. V. 16. I. Pet. II. 12.

4. *Sic & exemplum Christi illis nova & efficacissima ratio est, servandi legem divinam.* Norunt, se vocatos esse, ut similes fierent imagini Filii Dei. Rom. VIII. 29. Vident, Christum Patrem suum honorasse, nec ullius transgressionis legis argui potuisse. Jo. VIII. 46. 49. Hoc igitur exemplo, cujus imitatione felicissimam illam conformitatem se consequi sciunt, excitantur ad studium,



dium, legi divinæ parendi. Cujus virtutem cum non ignoraret Christus, sola exempli commendatione discipulos ad militatem & fraternum amorem commovebat. Jo. XIII. 15.

5. *Bonorum operum studio fidei & unio sua cum Deo certiores redduntur.* Cum enim bona opera sint fructus fidei, Gal. V. 22 & qui ea faciunt, Spiritum sanctum in se habeant inhabitantem, Rom. VIII. 14. 15. ex his signis colligunt Christiani se credere in Christum, & habere peccatorum remissionem. Hinc & Apostolus hortatur fideles, ut exercitio in bonis operibus suam vocationem & electionem firmam redderent. 2. Pet. I. 5. - 10. Quæ admodum autem certitudo ista, nos Deo reconciliatos, & ipsius gratiæ participasse, ingens bonum est, ita & nova in ratio petitur, legem Dei servandi.

6. *Eodem studio bona & tranquilla conscientia, quam homo non potest non desiderare & magni facere, conservatur.* Act. XXIV. 16. I. Tim. I. 18. 19.

7. *Constantia & perseverantia in fide minus est gravissima ratio, actiones suas ad legem divinam componendi.* Quemadmodum enim, qui fidem suam rursus perdit, in gentibus malis ac periculis involvitur. Ezech. XVIII. 24. Ebr. VI. 4. 5. 6. ita perseverantia in eadem magnum est lucrum.



Quæ quidem constantia licet non sit effectus bonorum operum, illa tamen si negligenterentur, fideles statu gratiæ exciderent, suamque fidem amitterent. Unde hac consideratione Christiani non leviter moveri possunt, ut sibi a transgressione legis divinæ caveant.

8. Denique & premiis ornantur illi, qui in servanda lege suum studium collocarunt. 1. Tim. IV. 8. Matth. X. 42. Jo. V. 29. Eccl. XII. 13. 14.

MOTIVVM & bonum vel malum ipsum, & boni vel mali representatio dici solet. Bonum vero vel malum ipsum sicuti id esse vulgo putatur, quod per consecutaria sua statum nostrum perfectiorem vel imperfectiorem reddit, ita nonnulli arbitrati sunt, nulla adesse motiva, legem Dei servandi, nisi ex hoc studio aliquid utilitatis in nos redundaret. Cum ergo nos doceamus, a studio pietatis & bonorum operum neque justificationem neque æternam salutem dependere, concludunt, secundum nostra principia nulla dari posse motiva, quibus ad pie & sancte vivendum impelleremur. At enim vero

1. Id, quod statum nostrum perficit, est tantum aliqua boni species. Nam in genere bonum illud dici debet, quod cum ultimo rerum omnium fine consentit. Et

Schub. Theol. Mor.

F

quia



quia hanc illustrationem gloriæ divinæ cognovimus, bonum in genere appellari quodque potest, quod gloriam Dei illustrat. Quænam hunc effectum habeat actio, nobis quidem non semper a priori certo constat. Quandoque enim impossibile est, relationem actionis ad finem Dei ultimam perspiciamus. Cum vero Deum nihil velle sciamus, nisi quod ad hunc finem tendat, certi esse possumus, gloriam Dei illustrare & hinc bonum esse, quod ipse vult & quod non vult, malum. Num quod autem Deo placeat, an vero displiceat non tantum ex præceptis & interdicitis, sed etiam ex aliis rationibus non raro patet.

2. Fateor, hominem, qualis nunc per naturam est, nullo bonorum genere merito veri posse, nisi eo tantum, quo suam ipsius felicitatem, sive veram sive imaginariam, directe promoveri intelligit. Sed hic status corruptionis ejus indicium est manifestissimum. Jam enim de actionum qualitate & moralitate non judicat ex fine ultimo, quem ante oculos habere debet, sed ex fine secundo, & ne hunc quidem semper satis perspectum habet. At si homo per Dei gratiam regeneratus, & statim pristinus perfectionis aliqua ex parte restitutus est, bona & mala non metitur ex propria utilitate, sed ex relatione ad finem Dei ultimum, seu ejus voluntatem. Hic



& ille motiva sequi potest, quæ non immediatam quandam utilitatem, sed qualecunque aliud bonum verum monstrant.

3. Verum est etiam hoc, hominem gratia Dei emendatum nihil velle posse, quod suæ felicitati contrarium esse putat. Hinc & motiva illa, de quibus diximus, minime eum flecterent, si persuasus foret, nocere sibi actiones istas, quas decernendi haberet motiva ex fine Dei ultimo aut voluntate ejus petita. Sed novit & semper supponit homo spiritualis, sibi quoque in specie bona esse, quæ fini Dei aut voluntati ejus responderent. Et quamvis non perspiciat, quamnam illa sit utilitas, quam inde capturus sit, minime tamen dubitat, actionem hanc sibi proficuum esse & salutarem. Interim non tam ex opinione utilitatis expectandæ aut spe lucri bonum operatur, quam ex consideratione voluntatis divinæ, illustrationis gloriæ Dei, aut alicujus utilitatis in regnum ejus redundantis. Hinc & Christiani opera sponte & cum alacritate animi facere possunt, quæ sibi utilia fore non vident, quamquam nec sibi noxia fore certi sint.

4. Quia tamen Deus infirmitates nostras optime novit, ac probe intelligit, naturam humanam, quæ regeneratione non expellitur, nulla re fortius moveri, quam perspecta propria utilitate, ipse cum bonis



actionibus varias utilitates immediatè  
 connexit, idque hominem ignorare  
 luit. Istæ utilitates tum spirituales tum  
 physicæ sunt, & hæ posteriores tam præ  
 sentis, quam futuri seculi. Nam & in  
 vita bonas actiones præmiis ornat, &  
 majori hominum felicitati noceat, &  
 futura gradus cælestis gloriæ juxta men  
 ram operum distribuet.

§. Minime autem vult, ut homo  
 opinione justificationis & salutis impet  
 dæ bona opera faciat. Opus enim, quod  
 ex hoc motivo proficiscitur, & justiti  
 ac sanctitatem Dei, & meritum Christi  
 obscurat, & ipsum hominem impedit, qu  
 minus vera fide remissionem peccatorum  
 & æternam vitam quærere possit, cum  
 men illa sit unicum medium, bonam  
 consequendi. Quapropter cum opus  
 hac ratione peractum multis respectibus  
 malum sit, Deo placere non potest.

## §. XXXV.

Obligatio,  
 quid?

Connexio motivorum cum actione  
 superiore quodam facta dicitur OBLIGATIO  
 ACTIVA; PASSIVA vero est status, in quo  
 quis habet motiva cum actione sua a  
 superiore connexa. Quare cum ista connexio  
 motivorum cum actione omni utili  
 tate careret, nisi adessent, qui hanc con  
 nexio



nexionem perspicere possent, ad eam vero intelligendam requiratur ratio,

1. *Deus tantum creaturas ratione preditas, quales sunt homines, obligare potuit & voluit;*

2. Et quoniam Dei est voluntas, ut connexionem motivorum cum actionibus, si qua datur, cognoscamus, hæc autem Dei voluntas simul est ratio, id agendi, quod vult, sequitur, *homines obligari, ad quamcunque obligationem suam recte intelligendam;*

3. Cumque ex motivorum qualitate & quantitate constet ipsius obligationis qualitas & quantitas, *tanto majorem oportet esse obligationem, quanto plura & graviora adsunt motiva;*

4. *Sic & quo major est potentia, & quo propior ac frequentior occasio, motiva intelligendi, & quo aptior dispositio, motiva cognita sequendi, eo fortior est obligatio;*

5. *Quamcunque vero actionem edendi aut fugiendi nulla Deus motiva nobis monstravit, ad eam edendam vel fugiendam nulla quoque datur obligatio.*

Obligatio in genere dici solet connexio motivorum cum actione. Neque ego hanc definitionem prorsus improbo. Quia vero in tota hac disciplina de obligatione a Deo homini imposta sermo est, placuit de-



terminationem connexionis motivorum  
*a superiore facta* addere. Interna caritas  
 motiva cum actione connexa persua-  
 ciendi hominem jam subicit obligationem  
 licet actualis ejus cognitio non accedat.  
 Cæterum ista motivorum connexionem cum  
 actione hominis voluntas determinatur  
 restringitur ad aliquod actionum genus,  
 non posse æque velle contrarium. Hinc  
 & obligatio passiva dici posset *necessitas*  
*moralis aliquid agendi vel omittendi.*

## §. XXXVI.

Christiano-  
 rum obli-  
 gatio ad  
 servandam  
 legem.

Lex naturalis & positiva moralis est  
 claratio voluntatis divinæ, quid nobis  
 agendum & omittendum. (§. 17. 23.)  
 quoniam neutra est abrogata, (§. 18. 24.)  
 Deus adhuc vult, ut utraque lex ab homi-  
 nibus servetur. Hæc ipsa vero Dei volun-  
 tas jam est gravissimum motivum, cum  
 actionibus lege præceptis vel prohibiti-  
 onibus connexum, (§. 34. num. 1.) quibus tamen  
 Deus plura alia arbitraria adjecit. Exod.  
 XX. 5. 6. Lev. XVIII. 5. Deut. XXVII. 26.  
 Jes. I. 19. 20. Jer. III. 12. seqq. Gal. V. 21.  
 1. Pet. III. 10 - 13. &c. Inprimis autem  
 Christianis longe præstantissima motiva  
 suppeditata sunt, actiones suas ad legem  
 Dei componendi. (§. 34.) Quare cum hæc  
 omnia Deus in verbo suo perspicue reve-  
 lavet



laverit, & homini rationem ac intellectum dederit, ea cognoscendi, *dubium non est, quin Christiani obligati sint ad servandam legem, tum naturalem, tum positivam divinam.* (§. 35.) Hanc obligationem Deus illis in animum revocat, quotiescunque eorum actiones præcipiendo & prohibendo determinat. Sciendum enim est,

1. *Solam voluntatis divine declarationem jam esse fortissimam obligationem.* (§. 34. 35.)

Unde etiam Deus quandoque hoc solo motivo utitur, se esse DEUM, qui hæc vel illa præciperet. Lev. XVIII. 4. Et Act. XVII. 24-27. ex sola Dei superioritate rerumque omnium dependentia ab eo demonstratur hominum obligatio, eum colendi.

2. *Augetur tamen ista obligatio, si Deus, præter suam voluntatem, alia adjecerit motiva,* (§. 35. num. 3.) qualia in regno naturæ & gratiæ bene multa occurrunt.

3. Inprimis autem cum Christiani multa habeant motiva, quæ non cadunt in irrogenitos, (§. 34.) & illis quoque novæ vires concessæ sint, quæ homini naturali desunt, (§. 31.) *veri Christiani majorem habent obligationem, legem Dei servandi, quam alii homines.* (§. 35. num. 3. 4.)

4. Quemadmodum ergo quisque obligatur ad obligationem suam diligenter scrutandam & recte cognoscendam, (§. 35.



num. 2.) ita & Christiani summa cura don-  
 di sunt, quoniam singularia habeant moti-  
 hanc vel illam actionem peragendi.

§. Ceterum hæc obligatio sese non ta-  
 tum extendit ad leges Dei immediatas  
 sed etiam cum leges civiles a Deo appro-  
 batae, & hinc factae sint divinae, (§. 29.)  
 divinam quoque habent obligationem, hisce-  
 gibus magistratus politici parendi. Rom. XII  
 1. seqq. 1. Pet. II. 13.

§. XXXVII.

Num vota  
 obligent?

Nulla quidem datur actio libera, quæ  
 nec bona nec mala foret; (§. 10.) quia ta-  
 men pleræque per accessorias & variab-  
 les circumstantias determinantur, sic  
 ejusdem generis una actio sit bona, & al-  
 tera mala, (§. 10. Sch.) & num istæ circum-  
 stantiæ adsint, quæ actionem bonam ve-  
 malam reddunt, non semper constat, ne-  
 que de actionibus istis lex positiva extat  
 multæ videntur esse indifferentes, h. e. nec  
 præceptæ nec prohibita. Hinc moveri  
 posset quaestio DE VOTIS, num dentur, &  
 num obligationem inferant? VOTVM est  
 spontanea operis alicujus, quod nec præ-  
 ceptum, nec prohibitum est, promissio  
 Deo data. Voveri itaque non potest, nisi  
 dentur actiones plane indifferentes. Et  
 obligatio ad eas ex voto nasceretur, si  
 Deus



Deus promissionem acceptaverit. Nam si Deus promissum nostrum nec approbaverit, nec acceptaverit, non video, quodnam motivum, ab ipso Deo cum actione connexum, voto contentum sit, eam suscipiendi. Jam vero

1. Nullæ dantur actiones indifferentes, licet nonnullæ tales esse videantur. Ergo nec vota a Christianis emitti possunt, vere & proprie talia.

2. Actio, ad quam datur obligatio, ita comparata esse debet, ut eam peragendi motiva Deus alicubi nobis monstraverit. (§. 35. num. 5.) Ubi vero motiva a Deo ipso subministrantur, aliquid agendi, ibi quoque extat declaratio voluntatis divinæ de actione illa edenda, h. e. lex. (§. 15.) Sed actiones, quæ voventur, neque præceptæ neque prohibitæ sunt. Nec Deus ullibi declaravit, ut actio, quæ in se est indifferens, suscipiatur, si accesserit votum. Ergo a voto ipso, ut tali, nulla dependet obligatio.

3. Si tamen actioni nihil mali inesse videtur, & hinc forte bona esse potest, quo casu & promissionem illius ab homine Deus acceptavit & approbavit, merito statuimus, voto inesse vim obligandi ad præstandum id, quod nos præstituros esse promissimus.

4. Sed si postmodum apparuerit, opus



aut factū impossibile esse, aut nobis no-  
um, aut aliis incommodis laborare, ni-  
præsūmi potest divina voti acceptatio,  
*eoque tunc omnis ejus obligatio cadit.*

In significato latiori votū est omne p-  
missum rei etiam præceptæ, & sine v-  
præstandæ, quale promissum Deo red-  
tur in baptismo, & quotidie renovand-  
est. De hujus generis voto ejusque mor-  
tate & obligatione jam non disputat-  
Atque huc pertinere videtur locus Pl-  
14. CXIX. 106. Proprie tamen pro-  
sum rei nec præceptæ nec prohibita-  
tum dici solet. Hoc modo in Vet. Te-  
Israelitæ vovere poterant actiones, ad-  
tum externum & ceremoniale pertine-  
tes, cujus non omnia lege ceremoniali-  
terminata, sed nonnulla libero homin-  
arbitrio relicta erant. Hinc & singu-  
res de votorum istorum obligatione ex-  
bant leges. Num. XXX. 3. seqq. De-  
XXIII. 21. seqq. Et votum illud, quod  
Paulus una cum quatuor aliis viris ex-  
vebat, eo tantum spectabat, ut, qui ge-  
te essent Judæi, viderent, opera legis ce-  
remonialis sibi adhuc licita esse, modo ab-  
sit opinio cultus & necessitatis. Talia enim  
ad Christianos ex gentilismo conversos  
non pertinere, simul declarabant Seniores  
Ecclesiæ hierosolymitanæ. Act. XXI. 24.  
seqq.



seqq. Nobis ergo, votorum existentiam & obligationem in Nov. Test. negantibus, hujus generis præcepta & exempla objici haud possunt. Fatemur tamen, dari actiones, absolute quidem non præceptas, sub certis tamen circumstantiis utiles, & bono fini inservientes. Quas licet hominem & sine voto peragere oporteret, Deo tamen singulari modo non inutiliter voveret. Cum enim sciat, promissum hoc, propter actionis promissæ utilitatem, a Deo acceptari, novam sibi voto imponit obligationem, qua ad præstandum hoc genus actionum fortius impellitur. Sed 1. videat, num actio vere utilis sit, & cultum Dei promoveat, 2. exploret se ipsum, num implendo voto vires adsint sufficientes, 3. omnem adhibeat diligentiam, ut emisso voto satisfiat, 4. nihil in perpetuum statuatur de hoc actionum genere. Mutari enim possunt circumstantiæ, quibus simul ipsa facti moralitas mutatur. Si qua vero actio vovetur, quæ aut impossibilis est, aut Deo displicet, & legibus ejus repugnat, aut aliorum officiorum adimpletionem impedit, aut denique opinionem meriti secum connexam habet, tale votum impium & illicitum est, & exsolvi non debet.

§. XXXVIII.



## §. XXXVIII.

Officium,  
quid?

Actio, ad quam datur obligatio, dicitur OFFICIUM. Quare

1. Cum Christiani ad servandam legem naturalem quam revelatam obligentur, (§. 36.) *omnis actio lege præscripta est officium.*

2. Contra vero nulla datur obligatio nisi Deus cum actione motiva connexionem habeat. (§. 35. num. 5.) Atque ubi id factum fuerit, extat declaratio, quid Deus a nobis fieri vel non fieri velit, & quam legem dicimus. (§. 15.) *Ergo nullum datur officium nisi sit actio lege determinata.*

3. Lex naturæ & positiva moralis non quidem solos Christianos obligat, sed etiam omnes homines. (§. 36.) Quia tamen Christiani singularia habent motiva, quæ ignorat homo naturalis, aut quibus non potest, (§. 34.) & præterea ex Evangelio multas legis applicationes discimus de quibus nihil constat aliis, (§. 26.) *officia commode dispesci possunt in officia hominum christianorum.* PRIORA sunt, quæ ex sola lege naturali cognoscuntur, & motiva seorsum cum connexa habent, ex naturali de Deo & hominum ad eum relatione doctrinam haurienda; POSTERIORA vero, quæ aut ex motivis Christiano propriis, aut ex applicatio



catione legis ad speciale Evangelii ob-  
jectum derivantur. Quia vero Christianus  
nunquam desinit esse homo, officia Christia-  
ni semper connexa manent cum officiis ho-  
minis.

4. Denique cum varii dentur gradus  
obligationis, (§. 35. num. 3. 4.) officiorum  
quoque alterum altero erit gravius.

§. XXXIX.

COLLISIO OFFICIORVM est contradi- Officiorum  
ctio duorum officiorum, quæ simul adim- collisio.  
plendi se offert occasio. Quando igitur

1. Deus homines non nisi ad actiones  
obligat, quæ existere debent, (§. 35.) & o-  
mnis existentia supponit rei possibilitatem,  
in officiorum autem collisione impossibile  
est, ut utrique satisfiat, Deus hoc casu ho-  
minem non obligat ad utrumque simul adim-  
plendum.

2. Ut vero constet, quodnam existente  
collisione negligi possit, ratio habenda est  
majoris & minoris obligationis. Illud e-  
nim sine dubio præferri debet, ad quod  
major datur obligatio. Sed ubi plura &  
graviora adsunt motiva, ibi etiam major  
est obligationis vis. (§. 35. num. 3.) Ergo  
præstetur officium, cujus adimplendi majora &  
fortiora adsunt motiva, alterum vero illi oppo-  
situm negligatur.

3. Ac-



3. Accidit quandoque, ut alterum officiorum, quæ sibi invicem sunt contraria, differri possit in aliud tempus, & alterum non possit. Quod si ergo, quod differri potest, differatur, utriusque satisfieri poterit, quamvis diverso tempore. Sin vero aliter procedatur, alterum necessario negligi debet. Quare cum melius sit, utrumque adimplere, licet successive, quam unum prorsus negligere, *officium necessitatis, & dilationis impatiens, præferatur alteri.*

4. Denique cum Deus existente officiorum collisione utramque legem servari nolit, videmus, *unam istarum legum, & simul servari nequeunt, limitari per alteram, & hoc ipso declarari, quousque se extendat alterius obligatio.*

Si forte culpa nostra officiorum collisio eveniat, minime tollitur obligatio ad alterum istorum. Hinc ne nobis necessitas imponatur, eam violandi, prævia meditatione animo volvenda sunt nostra officia, & singulis suum destinandum tempus, ut omnis collisio evitetur. In ipsa vero collisione nobis inevitabili ut sciamus, ubi nam exceptio facienda sit, singula officiorum motiva diligenter excutienda sunt. Hac exploratione facta facilius dignoscetur poterit, quid magis vel minus utile, necessarium, Deo gloriosum, & regno ejus pro-



proficuum sit. Multum etiam huc facit, si rationem legis & officii perspiciamus. Hinc enim patebit, num & ad hunc casum collisionis lex applicari possit. Ita Christus legem de Sabbatho sanctificando interpretabatur. Marc. II. 27.

§. XL.

Actiones, quæ lege morali præcipiuntur, aut Deum, aut nos ipsos, aut proximum respiciunt (§. 23.) Eadem est ratio legis naturalis, quam Deus lege positiva tantum clarius & plenius exprimere voluit. (§. 19.) Cum igitur omnis actio lege præscripta sit officium, (§. 38.) officia hominum Christianorum recte dispesci possunt in officia erga Deum, erga nos ipsos, & erga proximum: Quod etiam Paulus sine dubio indicat, quando nos *σωφρόνας, δίκαιος, & ευσεβῆς* vivere jubet. Tit. II. 12.

Illorum divisio.

§. XLI.

Omnis adimpletio determinati cuiusdam officii dicitur *OPUS BONVM*. Cum ergo officium sit actio lege præscripta, nec quicquam aliud officium dici possit, (§. 38.) patet,

Bonum opus quid?

I. *Bonum opus esse actionem legi conformem.* Hinc & bona opera opponuntur *ἀνομιαις*, Tit. II, 14. & qui illis student, vitam



tam suam ad divinum beneplacitum componere dicuntur. Col. I. 10.

2. Summum principium totius legis naturalis est illustratio gloriæ divinæ. (S. 1.) Ergo & omnia bona opera in hunc finem tendere debent. Matth. V. 16. 1. Pet. II. 12.

3. Quia vero lex positiva divina tantam dilectionem Dei & proximi urget, (S. 2.) & hoc duplici amore gloria summi Numini illustratur, (S. 28. num. 1.) ulterius requiritur, omne bonum opus dilectione Dei & proximi contineri. Hinc & scriptura totum cultum Dei amore ejus comprehendit, quocum tamen dilectio proximi conjuncta esse debeat. 1. Jo. IV. 19. 20. Et alibi testatur, amorem esse legis impletionem. Rom. XIII. 10.

4. Similiter cum officium sit actio, quam datur obligatio, (S. 38.) hæc autem in connexionem motivorum cum actione consistat, (S. 35.) & hinc non qualicumque actione, quæ legi aliquo modo conformis est, officium impleatur, sed ea duntaxat, quam ipsi ex motivis a Deo subministratis derivamus, *bonum opus esse debet actio, quam ad legis præscriptum ex motivis a ipso Deo cum illa connexis, determinamus.* Et hac causa Christo vivere debemus, qui pro nobis mortuus est; 2. Cor. V. 15. Deus diligendus est, quia ille prius nos dilexit.



xit; I. Jo. IV. 19. Deo offerenda sunt corpora nostra, tanquam victimæ vivæ, sanctæ, & illi acceptæ, quia magnam misericordiam in justificatione erga nos demonstravit; Rom. XII. 1. proximo condonanda sunt læsiones nobis illatæ, quia longe graviores nobis condonavit Deus; Matth. XVIII. 32. 33. &c.

Sunt certe actiones, quæ nullam habere possent conformitatem cum lege, nisi dilectionem Dei involverent, & animus ad agendum motivis ab ipso Deo demonstratis flecteretur. Sed sunt etiam actiones aliquam habentes conformitatem cum lege, quæ sine amore Dei & proximi, & ex longe aliis motivis fieri possunt. Cum ergo ea tantum actio bonum opus sit, quæ involvit amorem Dei, & motivis nititur, a Deo cum actione connexis, (num. 3. 4.) *non omnis actio statim dici potest bonum opus, quæ aliquam cum lege conformitatem habet.*

CONFORMITAS actionis cum lege est ratio formalis boni operis, quemadmodum difformitas mali. Quemadmodum vero lex tum naturalis, tum positiva divina non tantum externam operis conformitatem cum lege postulat, sed præcipue internam animi agentis conformitatem, duplex statui potest conformitas actionis cum lege,

Schub. Theol. Moral.

G

ge,



ge, MATERIALIS & FORMALIS. Pe  
 est externa operis, posterior interna  
 mi operantis conformitas. Dantur  
 tem actiones lege præceptæ, quæ in  
 motu animi consistunt. Ergo illarum  
 nitas sola formali conformitate conti  
 tur. Sed lex quandoque etiam extern  
 actiones præcipit. Quæ si forte habere  
 conformitatem materialem sine forme  
 non forent bona opera. Nam tale op  
 si bonum esse debeat, ex duobus essent  
 libet constat, materiali nimirum & fo  
 mali conformitate. Uno autem essent  
 lium deficiente deficit res ipsa. Non  
 probatur actio, quatenus materialem hab  
 conformitatem cum lege. Sed quia  
 omnia adsunt, quæ bonum opus in  
 suo constituunt, nec bonum opus dici po  
 est. Quod si ergo quæras, num MALUM  
 dici debeat, facilis est responsio. Ne  
 pe si per malum opus intelligis illud, quod  
 plane nihil boni continet, non potest  
 appellari. Nam conformitas ista mate  
 rialis, quæ adesse supponitur, omnino  
 aliquid boni. Ergo nec bonum nec ma  
 lum opus est, sed quasi opus mixtum  
 bono & malo. Sin vero per opus malum  
 intelligis actionem, cui ea deficit conform  
 itas, quam adesse oportebat, utique est  
 malum. Nam licet conformitatem habeat  
 materialem, formalis tamen deest, quæ ad  
 esse



esse debet, ut opus bonum constituatur. Ex his facile poterit judicari de quaestione, num virtutes gentilium, veluti illorum iustitia, castitas, temperantia, &c. dici possint bona opera, an vero peccata?

§. XLII.

Officium est actio, ad quam homo obligatur. (§. 38.) Adimpleri vero nequit, nisi adsint occasio & vires agendi, earumque recta applicatio. Cum ergo bonum opus sit adimpletio officii, (§. 41.) ille, qui bonis operibus studet,

Quid ad efficiendum illud requiratur?

1. Quaelibet officia sua probe perspecta habeat;

2. Ad singulas circumstantias diligenter attendat, num qua detur occasio agendi, ad quod agendum obligati sumus;

3. Suas quoque vires exploret, & si forte defint, operam det, ut eas acquirat;

4. Nec negligat occasionem, vires illas augendi & confortandi;

5. Denique motiva perscrutetur, sibi que reddat familiaria, quibus animus flecti debet ad facienda opera legis.

§. XLIII.

Bono operi opponitur MALVM seu PEC-CATVM, quod adeo est intermissa adimpletio officii. (§. 41.) Ergo

G 2

I. omne



1. *omne peccatum supponit officium;*

2. Et quia officium adimpleri nequ  
nili adsit occasio agendi, quæ quando  
deesse potest, *defectus alicujus boni op  
non semper arguit peccatum contrarium;*

3. Quemadmodum autem omne  
num opus est actio legi conformis, (S. 4  
*ita peccatum erit legis transgressio, seu opus  
difforme. Unde & a Joanne dicitur*

1. Jo. III. 4.

§. XLIV.

Illius diffe-  
rentia.

Non parum utilitatis habet, var  
nosse peccatorum genera. Hinc tene  
dum est,

1. Cum officia dispescantur in offic  
erga Deum, nos ipsos, & proximum  
(S. 38. num. 3.) & peccatum sit neglect  
seu intermissa officii adimpletio, (S. 43  
*dari quoque peccata in Deum, nos ipsos, &  
proximum. Jes. VII. 13. Matth. XVIII. 21  
Luc. XVII. 3. 1. Cor. VI. 18.*

2. Ex eadem ratione patet, non min  
*dari peccatorum gradus, quam officiorum, (S. 38  
num. 4.) sic ut unum altero sit gravius vel le  
vius. Luc. X. 13. 14. Jo. XIX. 11.*

3. Et quemadmodum bonum opus  
quandoque sola cogitatione, & motu cor-  
dis, quandoque vero etiam externo mem-  
brorum corporis usu peragitur, (S. 41  
num. 5.)



num. 5. & Sch.) peccatum autem illius est oppositum, (§. 43.) ita & illud dispesci solet in peccatum cordis, oris, & operis. Matth. XV. 19. 20. V. 22. 28. Gal. V. 19. 20. 21. Eph. IV. 25. seqq.

4. Denique cum omne peccatum sit actio legi contraria, (§. 43.) lex autem aliquid aut præcipit aut prohibet, peccata quoque sunt vel commissionis vel omissionis.

Licet omnia peccata in Deum ipsum committantur, quatenus ille est supremus legislator & iudex, imo hoc respectu homo in solum Deum peccare dici possit, Pf. LI. 6. tamen cum & ipse peccator & proximus ejus aliquo peccato lædi queat, dantur omnino peccata in nos ipsos & proximum, eaque sola tunc peccata in Deum appellantur, quorum objectum proximum & immediatum est Deus. Æqualitas peccatorum, quæ certo respectu afferenda est, non tollit eorum gradus. Quantitas autem peccati determinari potest tum ex gravitate motivorum non peccandi, tum ex magnitudine & præsentia virium, peccata evitandi, tum denique ex multitudine malorum effectuum, qui voluntati divinæ contrarii sunt. Quare cum Christiani plura majoraque habeant motiva non peccandi, quam alii homines, (§. 34.) illisque per fidem fortiores concessæ sint vires, sibi a pecca-



to cavendi, (§. 31.) & eorum peccata  
jores habeant effectus, Ebr. VI. 4. Rom. II. 24. illi etiam semper gravius peccant. 2. Petr. II. 20. Ebr. VI. 4. feq.  
Quemadmodum sola materialis operis conformitas cum lege bonum opus non efficit, nisi accedat formalis, (§. 41. Scilicet ita nec difformitas operis externa sine interna mentis foret peccatum. Hinc forte ore aut opere non peccatur, sed tantum corde. Cum tamen major cordis impetus ad peccandum esse debeat, si per externa verba vel facta prorumpat, peccata non incommode in peccata cordis, oris, operis dispefcuntur.

## §. XLV.

Peccata  
proæretica  
& infirmitatis.

Inprimis autem notandum est discrimen inter PECCATA PROÆRETICA & INFIRMITATIS. Prioris generis ea sunt peccata, quæ rationem suam sufficientem in deliberato hominis consilio habent; posterioris autem, quæ ex sola naturali corruptione oriuntur. Rom. I. 32. VII. 15. seqq. Qui cum proposito peccat, opus aliquod malum decernit, vult, & approbat, ideoque peccata proæretica recte dicuntur VOLUNTARIA; qui vero ex naturali corruptione & infirmitate sola peccat, malum commisit, antequam illius moralitatem



tem intellexit, & hinc consensus peccantis accessit. Quam ob causam peccata infirmitatis dici solent INVOLUNTARIA. Ut vero utriusque generis peccatorum differentia distinctius exponatur,

1. Notandum est, ignorari posse veram moralitatem peccati, quod deliberato consilio committitur. Multi enim sibi persuadent, se recte agere, in quo tamen non leviter peccant. *Atque hoc respectu peccata proæretica in sacris literis dicuntur opera tenebrarum.* Rom. XIII. 12. Eph. IV. 17. 18. 19. V. II.

2. Sed non raro accidit, ut homines sciant, opus, quod meditantur, malum esse. Nihilominus illud peragere decernunt, & destinato consilio peragunt. *Inde oriuntur peccata contra conscientiam, quæ semper sunt peccata proæretica.* Rom. I. 32.

3. Interdum neque prævia deliberatione peccatur, neque contra conscientiam. Facto autem commisso accedit approbatio ejus, & repetendi desiderium. Quæ animi dispositio cum alias sit ratio sufficiens peccati proæretici, *peccatum, quod prius erat infirmitatis, subsequente approbatione converti potest in proæreticum.* Jes. III. 9.

4. Idem peccatum ab uno ex sola infirmitate, ab altero ex destinato consilio committi potest. Sed dantur etiam peccato-



rum genera, quæ animi deliberatione  
& proposito semper supponunt. In primis ea pertinent, quæ committuntur  
queunt, nisi expectetur, quaratur, & cur  
citetur occasio agendi, aut cogitatio etiam  
stat, malum esse, quod jam agendi se bet  
fert occasio. Ergo quoddam peccatum in ab  
potest esse infirmitatis, in altero proæretico  
quoddam vero semper & in omnibus est pro  
reticum.

5. Peccata infirmitatis ex mera cor  
ptione naturali proveniunt. Ad hanc cor  
ruptionem vero primum pertinent ten  
bra intellectus. Unde si quis peccet  
mera ignorantia, sic ut non peccasset,  
facti & moralitatis ejus habuisset scient  
am, hoc peccatum pro peccato infirmit  
tis merito habendum est. Quare etiam  
peccata ignorantie sunt aliqua species peccat  
rum infirmitatis. Ps. XIX. 13. 1. Cor. IV. 4.

6. Secundo infirmitatis & corruptionis  
naturalis est, voluntatem ex obscura boni  
vel mali representatione aliquid appetere  
vel averfari, antequam objectum distincte  
cognitum, aut scientia, quam alias de eo  
habemus, resuscitata fuerit. Prava igitur  
concupiscentia hoc modo orta sunt peccata infir  
mitatis, & dici solent peccata precipitantia  
Rom. VII. 18. seqq.

7. Sed si forte tale peccatum commi  
sum fuerit, & homo postea intelligat, se  
pec



ratione peccasse, aut approbabit factum, aut impro-  
babit. Si approbet, peccatum, quod prius fuerat infirmitatis, abit in proæretium, & cum. (num. 3.) *Ut igitur peccatum præcipitantiæ maneat infirmitatis peccatum, sequi debet serua improbatio, contritio, dolor; sibi que ab eo imposterum cavendi efficax propositum.*

Existentiæ concupiscentiæ malæ, quæ ex improvise & sine prævia deliberatione oritur, docet, aliud in homine principium malum adeste, & quoniam motus isti communes sunt omnibus hominibus, hoc quoque principium commune & universale esse oportet. Cum itaque sciamus, peccatum originale per naturalem propagationem omnibus adhærere, Jo. III. 6. dubium non est, quin P. O. principium sit pravatum istarum concupiscentiarum. Rom. VII. 20. Quemadmodum ergo naturalis homo non potest non malum concupiscere, ita, qui ex mera ignorantia aut præcipitantiâ peccat, & quamprimum errorem suum animadvertit, dolet, detestatur, & deprecatur, non amplius est homo mere naturalis, sed gratia Sp. S. regenitus. Matth. VII. 17. 18. Rom. VIII. 13. 14. I. Jo. III. 9. Potest tamen & irrogenitus peccata infirmitatis committere, quamquam propter deficientem fidem eorum non habeat remissionem.

G 5 §. XLVI.



## §. XLVI.

Obligatio  
ad B. O. &  
fugienda  
peccata.

Cum itaque Christiani gravissima obligatione teneantur, servandi legem Dei, naturalem quam positivam divinam, (S. sequitur, *adesse obligationem, tum bona faciendi, (§. 41.) tum ab omni peccato servandi. (§. 43.)* Ergo

1. *Conformitati operis cum lege non tantum materiali, sed etiam formali sedulo studendum. (§. 41. Sch.)*

2. *Peccata & proaereticas & infirmitates fugienda sunt; (§. 45.)*

3. Et quoniam hæc posteriora rationem suam habent in naturali hominum cognitione, (§. 45. Sch.) *eam quoque aut coarctare aut extirpare obligantur.*

Impossibilitas P. O. in hac vita extirpanda tollit obligationem, hoc studium exerceat. Quemadmodum autem nulla obligatio concepti potest sine lege, (§. 35.) atque lex moralis decalogus præcipua est actionum liberandi norma, (§. 24.) quam Deus novis legibus mutavit quam auxit, (§. 25.) ita & P. O. ipso decalogo prohibitum esse oportet. Quod licet nonnullis falsum videatur, ego tamen existimo, præceptum nonum & decimum hanc prohibitionem continere. Quodcunque enim præceptum quamcunque concupiscentiam prave prohibet, illud & radicem, principium, & dispositionem, unde illa oritur, improbat, & emendari aut evelli jubet. Huc sine dubio spectat grave monitum Pauli Rom. VII. 7.





## CAPVT IV.

DE

## CONSCIENTIA.

## §. XLVII.

Quemadmodum nemo obligari potest, nisi qui connexionem motivorum actionibus suis perspicere, & hinc intelligere possit, num actio bona sit, an mala, (§. 35.) ita Dei quoque est voluntas, ut quisque de actionum suarum moralitate iudicet. Hoc autem iudicium de moralitate actionis propriæ dicitur CONSCIENTIA. Ergo

1. *Deus vult, ut in omni homine conscientia sit, & ab eo adhibeatur.*

2. Quia vero conscientia nullius foret utilitatis, nisi, quod bonum & rectum iudicamus, simul agendum, & quod malum, fugiendum esset, adest ratio, & hinc obligatio, conscientiam sequendi. (§. 35.)

3. Quod ut fieri possit, notandum est, conscientiam non esse iudicium de moralitate actionis qualiscunque, sed determinate illius, quam ipsi individualiter peragimus vel omitimus.

4. Et quoniam moralitas actionis dependet a conformitate vel difformitate actionis cum lege, (§. 15.) conscientia est legis, & facta.



¶ facti proprii, & hujus ad legem relationem involvit.

¶ Hinc est iudicium discursivum, ex actionis propriae consideratione formatum.

Scriptura eodem significato utitur vocabulo *συείδνωσις*, Act. XXIII. 1. 1. Cor. IV.

Ebr. XIII. 18. 1. Pet. III. 16. rem ipsam

vero alias quoque appellat *cor*, Prov.

23. Eccl. VII. 23. 1. Jo. III. 21. SPIRITUS

Prov. XVIII. 14. 1. Cor. II. 11. & quod

doque fidem. Rom. XIV. 22. 23. scilicet

LASTICI disputarunt, utrum conscientia

sit actus, an vero potentia vel habitus.

Si usus loquendi & variarum conscientiarum

specierum rationem habeamus, ea est

iudicium practicum, & hinc actus intellectus.

Quatenus tamen homini connata sunt

principia boni & mali, honesti atque turpiter

per se, & quatenus illi inest naturalis potentia

ter, ex his principiis de moralitate actionis

judicandi, conscientia haud ineptiter

seretur facultas congenita, quæ suam efficaciam

non raro etiam sine accedente ministerio

studii exercet, Rom. II. 13. 14. quod

vero eo magis perfici potest & debet, quod

fecundior & facilius est occasio, legem

divinam & facti qualitatem cognoscendi.

Unde cum Christiani longe melius scientiam

legem divinam, quam ad actiones suas applicare

possunt, in iis quoque perfectior est

di



esse debet conscientia. Cæterum omne  
 iudicium discursivum duabus præmissis ni-  
 titur, quarum altera, si de conscientia ser-  
 mo est, continet legem, & dicitur *συντή-  
 ρησις*, altera vero factum ipsum, & appel-  
 latur *συνείδησις*, quod vocabulum tamen  
 proprie ad conclusionem inde de-  
 rivatam pertinet. Sumitur namque vo-  
 cabulum hoc quandoque paulo latius, &  
 quamcunque trium istarum propositio-  
 num, argumentationem hanc præcticam in-  
 gredientium, significat. Inde fit, ut pro  
 diversa acceptione modo *REGVLA*, mo-  
 do *TESTIS*, modo *IVDEX* appelletur.

## §. XLVIII.

Factum, de cuius moralitate iudica-  
 tur, aut adhuc perpetrandum est, aut jam  
 perpetratum. Inde oritur differentia in-  
 ter conscientiam *ANTECEDENTEM* & *CON-  
 SEQUENTEM*. Utraque esse potest vel *RE-  
 CTA*, si est iudicium verum, vel *ERRONEA*,  
 si est iudicium falsum de moralitate actio-  
 nis. Quare

Conscien-  
 tia Antec.  
 Consequ.  
 Recta, Er-  
 ronea.

I. Cum conscientia sit conclusio, ex  
 duabus præmissis elicita, quarum altera  
 legem, altera factum continet, (§. 47.)  
*conscientia erronea vel ab ignorantia legis, vel  
 ab ignorantia facti, vel a vitioso argumen-  
 tandi modo dependet.*

2. Quia



2. Quia vero Deus legem suam hominibus tum per naturam tum per scripturas revelavit, ut de moralitate actionum recte statuere & sentire discant, sic bonum faciant, malum vero fugiant (§. 15.) *opera danda est, ut quisque conscientiam, imprimis antecedentem, habeat rectam quam acquiri potest diligentissimo scrutinio legis & facti, & habitu recte ratiocinandi.*

## §. XLIX.

Contra conscientiam non est agendum.

Qui conscientia erronea laborat, ea que sequitur, id agit, quod bonum esse iudicat, vere autem bonum non est. (§. 43.) Cum ergo actio ex conscientia erronea perfecta legi conformis non sit, (§. 15.) & contra factum legi contrarium peccatum appellatur, (§. 43.) *ille sine dubio peccat, qui agit contra conscientiam erroneam.* Gen. XII. 15. seq. XX. 2. seqq. Act. XXVI. 9. seqq. 1. Tim. 13. Rom. X. 2. 3. Qui vero contra conscientiam agit, sive ea sit recta, sive erronea, id agit, quod ipse malum esse iudicat. (§. 47.) Quale factum cum semper sit peccatum proæreticum, (§. 45.) atque huic sine dubio plus pravitatis infit, quam peccatis infirmitatis, *nunquam agere licet contra conscientiam.* Luc. XII. 47. Rom. I. 30. XIV. 20. 23.

Peccata ex conscientia erronea commissa ve-



rios admittunt gradus, tum ex qualitate facti, tum ex majori vel minori difficultate, legem sciendi, determinandos. Et quamquam conscientia erronea factum, quod contra legem est, aliquo modo mitiget vel excuset, bonum tamen illud reddere, aut plene excusare non potest. Cujus rei ratio hæc est, quia lex normam actionum primariam, conscientia vero tantum secundariam & subordinatam exhibet, quæ posterior nullius est valoris, nisi cum priori consentiat. Qui contra conscientiam erroneam agit, ejus factum materiale quidem cum lege conformitatem habere potest. Quia vero deficit formalis conformitas, opus dici non potest bonum. (§. 41.)

## §. L.

Porro conscientia est vel CERTA vel DUBIA. Illa est judicium de moralitate facti proprii, quod omnem formidinem oppositi excludit; Hæc vero judicium, cujus rationes non quidem evidentes, minime tamen contemnendæ adesse animadvertuntur. Cum ergo judicium discursivum, omnem oppositi formidinem excludens, niti debeat & evidentia seu quacunque alia certitudine præmissarum, & legitima ratiocinationis methodo, probe perspecta,

Conscientia certa & dubia.



specta, & conscientia sit iudicium diffinitivum, ex applicatione legis ad factum certum, (§. 47.) sequitur,

1. Conscientiam certam supponere tum facti, tum legitimi argumentationis certitudinem ac evidentiam, probe intellectam.

2. Quia vero conscientia erronea semper est iudicium falsum, (§. 48.) atque nullus error ex certis principiis legitime erui potest, illa nunquam est conscientia certa;

3. Quapropter cum, qui conscientia erronea laborat, semper peccet, sive eam sequatur, sive contra eam agat, (§. 49.) opera danda est, ut quisque habeat conscientiam certam.

Conscientia erronea certæ speciem interdum habere potest. Qui enim errat, persuasus esse potest, se non errare. Et quo fieri solet, ut homo in hac persuasione acquiescat eo major est ἐνέργεια πλάνης. 2. The

II. II. Hinc ne nos fallat opinio, non errare, quam diligentissime exploranda debet conscientia nostræ veritas. Quod

ut recte procedat, primum attendi debet

LEX, ad cuius normam actionem componendam esse putamus, num suum habeat fundamentum in natura vel scriptura, num recte a nobis sit intellecta; secundum ratio habeatur FACTI, num sub iis circumstantiis, quæ adsunt, ad illud actio



num genus pertineat, de quo lex aliquid disponit; & *tertio* investigetur *MODVS CONCLVDENDI*, num iudicium de moralitate facti proprii ex præmissis legitime derivatum sit.

## §. LI.

Quum conscientia dubia nos vexat, utrinque adsunt rationes, factum aliquod pro bono & pro malo habendi, quarum neutram partem plene approbare aut rejicere audemus. Fieri tamen potest, ut pro una sententia plures & fortiores rationes pugnent, quam pro altera. Tunc conscientia, quæ sequitur rationes graviores, dicitur *PROBABILIS*. Et pro pondere rationum *MAGIS* vel *MINVS* *PROBABILIS* esse potest. Præterea, conscientia existente dubia, duæ adsunt opiniones contrariæ de moralitate actionis, quarum altera bonam, altera malam esse iudicat. Prior *SVADENS*, posterior *DISSVADENS* dici solet. Quæ dum consideramus,

Quid agendum, conscientia existente dubia?

1. *Ante omnia homo videat, ut dubiam conscientiam reddat certam;*
2. Et si ipse id efficere non possit propria meditatione & scientia, *aliorum sibi expetat consilia.*
3. Si vero nec hoc medio ad certitudinem pervenire potest, *sequatur conscientiam*

Schub. Theol. Moral.

H

pro-



probabiliorem, imprimis si dissuadens fuerit. Quemadmodum enim singula motiva ad actionem connexa obligationem efficiunt, ita eo major est obligatio, quo graviores adsunt motiva, aliquam actionem suscipiendi. (§. 35.) Jam vero conscientia probabilior de actione edenda vel fugienda ex fortioribus rationibus judicat, quam pro contraria sententia adsunt. Ergo eam magis sequi oportet. Qua de re minus dubitandum est, si hæc conscientia sit dissuadens. Tunc enim, qui eam sequitur, actionem omittit, quæ, conscientia rectius informata, adhuc edi potest, si facta vero reddi non posset, si semel edita fuisset.

4. Quod si vero conscientia probabilior suadens, & minus probabilis dissuadens, actionem autem, quæ suadetur, differri possit sine periculo, hanc posteriorem illi præferendam esse patet. Nam consideratio, probabile quidem esse, quod actio sit bona, eam vero malam esse posse, & si semel commissa fuerit, retractari haud posse, si vero omissa aut dilata, in nostra adhuc esse potestate, eam committere, hæc, inquam, consideratio fortius motivum esse videtur, non agendi, quam agendi.

5. Secus se res habet, si actio differri nequeat. Tunc enim probabiliores conscientiam



entiam sequendum esse, judico, sive ea sit suadens, sive dissuadens.

Conscientia dubia reddi potest certa, si rationes removeantur, quæ judicium nostrum de moralitate actionis propriæ reddebant dubium. Istæ rationes si alicujus ponderis esse debeant, sunt aut opinio, dari leges ad speciem sibi contrarias, & ignorantia, quomodo quælibet intelligenda sit, aut præsumtio, factum nostrum forte non pertinere ad illud actionum genus, quæ certa lege præcipiuntur vel prohibentur. Ut ergo tollantur, lex diligenter scrutanda est, donec verus sensus inveniatur, & factum secundum omnes circumstantias explorari debet. Hac in re aliorum scientia & experientia nos non parum juvare potest. Cum omnis moralitas actionum ab earum relatione ad legem dependeat, eo probabilior est conscientia, quo probabilius ostendi potest, actionem, quam bonam vel malam esse putamus, lege quadam præcipi vel prohiberi. Hinc si contraria sententia vel sola opinione utilitatis nitatur, vel exemplis, vel consuetudine, vel communibus plerorumque principiis, ea semper est improbabiliior, quam quæ lege determinata esse videtur. Hinc & conscientia IMPELLENS DOCENTE potior esse solet. Est enim conscientia IM-



PELLENS, qua actio lege determinata est  
vel certo vel probabiliter iudicatur; de  
CENS vero, qua moralitas actionis non  
lege, sed ex utilitate, exemplis, & con-  
suetudine æstimatur.

## §. LII.

Religiosi-  
rati studen-  
dum.

RELIGIOSITAS est habitus de moralitate  
actionum suarum iudicandi. Quo ma-  
ior est illa promptitudo, eo facilius homo  
intelligit, actionem, cujus iam præsto est  
occafio, bonam esse vel malam, & quom-  
am fine hac cognitione bonum peragi,  
malum vitari non potest, religiositas fac-  
liorem reddit divinarum legum adimple-  
tionem. Cum ergo Christiani obligati  
sint ad servandam legem Dei, (§. 36.) et  
*quam maxime religiosos esse oportet.* Hinc

1. *Sibi caveant ab opinione, paucas actiones  
lege determinatas, contra vero plerasque indis-  
ferentes esse;*

2. *Frequentiores legum divinarum consi-  
derationem & ad facta sua applicationem insti-  
tuant;*

3. *Affectus suos cohibeant, ne ex precipitan-  
tia aut prædominio voluptatis sensualis quic-  
quam agant.*

RELIGIOSVS, quæ vox singulari significato  
hoc loco accipitur, multas actiones lege  
definitas esse putat, & hinc ANGVSTAM  
habet



habet CONSCIENTIAM. Huic opponitur AMPLA CONSCIENTIA, quæ est habitus, paucas actiones pro bonis vel malis habendi. Qui plane nullam moralitatis actionum suarum rationem habet CONSCIENTIA CARERE dicitur. Ille igitur aut ignorantia legum laborat, aut eas ad facta sua applicare negligit. Utrumque evitari potest studio religiositatis.

## §. LIII.

CONSCIENTIA CONSEQUENS est iudicium de moralitate actionis jam perpetrata. (§. 48.) Hæc autem vel bona vel mala esse potest. Inde oritur differentia inter conscientiam BONAM & MALAM, quæ ad solam consequentem pertinet. Si bona est, nos EXCUSARE, sin vero mala, nos ACCUSARE & CONDEMNARE dicitur. Rom. II. 15. Cum sæpe fiat, ut homo ex conscientia erronea agat, & hinc factum suum bonum esse iudicet, quod postea malum esse intelligit, conscientia mala non raro involvit contradictionem inter conscientiam antecedentem & consequentem. Quia tamen & fieri potest, ut multa opera peragantur sine prævia conscientia antecedente, & homo postea intelligit, se malum fecisse, hæc contradictio non semper adest, cum quis mala conscientia ve-

Conscientia bona & mala.



xatur. Qui negligit moralitatis actionum  
 suarum considerationem, ejus CONSCIENTIA  
 DORMIRE dicitur. Cum vero rursus  
 incipit de hac moralitate judicare, con-  
 SCIENTIA EXPERGISCITUR. Utrumque  
 & antecedenti & consequenti conscientia  
 accidere potest.

## §. LIV.

Illius com-  
 moda & in-  
 commoda,  
 tritionem, aliosque affectus ingratos, quos  
 MORSVS CONSCIENTIÆ dici solent. Job  
 XXVII.6. Sap. IV. 20. Sir. XIV. 1, 2. 2. Cor.  
 I. 12. Cum igitur conscientia bona, quæ ex  
 bonis operibus oritur, ingens bonum, malum  
 vero, quæ ex malis nascitur, ingens ma-  
 lum sit,

1. Bona & mala conscientia sine dubio gravissimum motivum est, bonum faciendi, & malo sibi cavendi, 1. Tim. I. 19. 1. Pet. III. 16. Sir. XIV. 1.

2. Et quoniam omne motivum cum actione connexum novam infert obligationem, (§. 35.) Deus quoque per consequentem conscientiam bonam & malam ad servandam legem suam nos obligat.

3. Licet vero conscientia mala animum acerbis doloribus torqueat, ea tamen, si mali quid perpetratum fuerit, potius excitari quam



quam *supprimi debet*. Nam ut taceam, necessarium esse, ut homo, commisso peccato, dolores in corde sentiat, Ps. XXXII. 3. 4. XXXVIII. 2. seqq. LI. 10. mala conscientia, quæ peccatum sequitur, fortissimum motivum est, ab eo imposterum sibi cavendi. Quo cum Deus ad hunc finem uti velit, conatus autem hominis, impetus conscientia non sentiendi, efficax hoc emendationis medium impediunt, impium foret, conscientia morsus effugere velle.

Itaque laudabile quidem studium est, efficiendi, ne causæ malæ conscientia adsint. Si vero adsunt, non impediri, sed excitari debet. Ad hunc finem plurimum confert, legem Dei diligenter scrutari, & vitam suam ad illius normam frequenter explorare. In hoc enim speculo quisque facile videbit, se suis transgressionibus Deum quam sæpissime offendisse, & hinc non leves animi dolores & cruciatus sentiet. Rom. VII. 9. 10.

## §. LV.

Conscientia consequens non minus quam antecedens tam recta quam erronea esse potest. (§. 48.) Posteriori qui laborant, angustam habere solent conscientiam, & actiones a se perpetratas ex qua-

Quid agendum, conscientia existente mala?

H 4

libet



libet probabili, quandoque etiam impro-  
babili ratione, pro malis declarare.  
sunt, quibus scriptura INFIRMAM CONS-  
ENTIAM tribuit. I. Cor. VIII. II. 12. In  
vero ratio, ob quam quis se male egis-  
sentit, SCRUPVLVS conscientia appellatur  
& habitus, eum facile sibi obijciendi, SCR-  
PVLOSITAS audit. Si quem ergo vexat  
mala conscientia,

1. Inquirat, num ea sit recta, an erronea  
quod fieri potest, & sensum legis, quam  
transgressum esse putat, diligentius explorandi  
& factum suum cum ea accuratius comparando.

2. Si erroneam esse intelligit, scrupulum  
eximat, discutiendo rationem istam, ob quam  
factum malum esse videtur.

3. Si vero recta fuerit, observet omnia, quae  
homini, peccata sua sentienti, observanda sunt.  
Inprimis autem propositum suum renovet &  
confortet, malum illud fugiendi, & angoribus  
conscientiae tanquam motivo utatur, illud for-  
tius averfandi.

Infirmas non tantum ad consequentem sed  
& ad antecedentem conscientiam pertinet,  
& utraque adhiberi potest ad religiosita-  
tem in se promovendam. Confortari  
tamen debet, ne aut ex nimia scrupulosita-  
te bonum omittamus, aut sine causa suffi-  
ciente nos frustra torqueamus. Potest  
autem




autem confortari tum accuratio-  
re legis studio & acquisitione notitiæ rectæ & cer-  
ta principiorum practitorum, tum cogita-  
tione, legem Dei non esse obscuram, id-  
eoque ea merito pro licitis haberi, quæ  
nulla lege prohibita sunt. I. Cor. X. 25.

## §. LVI.

Cæterum cum conscientia recta sit ju-  
diciū, actionem vel bonam vel malam  
esse, & hinc vel peragendam vel fugien-  
dam, & quidem judiciū verum, h. e.  
quæ consentit cum lege divina, (§. 48.) o-  
mnis autem propositio, quæ moralitatem  
actionis determinat, si a superiore præ-  
scripta sit, lex dicatur, (§. 15.) *certum est,*  
*conscientiam rectam habere vim legis,* Rom.  
II. 14. 15.

Conscien-  
tia est lex.


Confirmari hoc potest ex hac ratione, quia  
conscientia est conclusio ratiocinii, cujus  
major est lex, minor vero factum, ad quod  
lex applicatur. Jam vero conclusio sem-  
per est propositio specialior in majori tan-  
quam universaliori contenta. Unde eo  
minus dubitari potest, quin conscientia  
lex sit. Et quamquam diximus, legem o-  
portere esse propositionem universalem,  
(§. 15.) tamen singularis propositio, qua-  
lis est lex, semper æquipollet universali.



H 5

CA.





## CAPVT V.

DE

## IMPVTATIONE.

## §. LVII.

Imputatio  
explicatur.

**I**MPVTATIO est declaratio alicujus pro auctore facti. Per factum autem hoc etiam in iudicio intelligitur actio lege determinata. Pro hoc ius pro auctore si quis nude iudicio theoretico declaratur, imputatio dicitur POSITIVA & METAPHYSICA; Sin vero ita, ad eum simul referantur consecutaria facti ACTUALIS & MORALIS. Cum ergo

1. Lex tantum sit actionum libera vel bona vel mala, (§. 15.) hoc quoque actionum generatio *solum est imputabile.*

2. Sic etiam cum omnis actio libera vel bona vel mala, (§. 10.) *utramque actionem imputabilem esse oportet.*

3. Et quoniam lex est declaratio voluntatis diuinæ, (§. 15.) ea vero semper obligationem imponit hominibus (§. 36.) *actio tantum imputari potest, ad quam datur obligatio.*

4. Iudicio mere theoretico quisque auctorem pro auctore facti ab ipso perpetrati declarare potest. Qui vero simul consecutaria facti illi attribuit, ille jus habet, necesse est, de actionibus & factis



tis alterius disponendi. Hujus generis persona dicitur *INDEX & SUPERIOR*. Ergo imputatio possibilis omnium est hominum, actualis vero seu moralis solius *JUDICIS & SUPERIORIS*.

5. Si quis pro auctore facti ita declarandus est, ut ad eum simul referantur facti consecutaria, primum considerari debet lex cum suo consecutario, deinde factum, quatenus lege ista præcipitur vel prohibetur, & hinc demum fluit connectio consecutoriorum cum auctore facti. Ergo imputatio moralis ratiocinio continetur, cujus major est lex, quatenus consecutaria facti determinat, minor factum, seu subsumptio, aliquem tale factum commisisse, cui lex hoc vel illud consecutarium assignat, & conclusio applicatio consecutoriorum ad facti auctorem.

Actiones hominis sunt aut *NECESSARIÆ* aut *LIBERÆ*, quibus & *MIXTÆ* addi solent. Primi generis actiones *metaphysice* quidem imputari possent. Quia vero de factis sermo est, quorum & moralis datur imputatio, eam ad solas actiones liberas restringimus. Imputatio metaphysica esse potest sine morali. Licet enim aliquis vere sit auctor facti, & hinc pro tali declarari possit, causa tamen intervenire potest, quæ impedit, quo minus facti consecutaria illi adjudicentur, cujus rei exemplum in peccatorum remissione conspicuum est. Rom.

IV,



IV. 7. 8. Judicium, facti confectaria vel bona vel mala, ad aliquem pertinet quod proficiscitur ab eo, qui nec jus potestatem habet, actiones & fata alia determinandi, nullum habet effectum hinc vanum est, nec pro imputatione reali haberi potest.

## §. LVIII.

Imputatio moralis fit in premium vel pœnam.

Confectaria illa, quæ factum secundum legem nostram aut perfectiorem aut imperfectiorem reddunt h. e. aut bona aut mala sunt. Bonum est physicum, quod rationem suam habet in pravâ actione morali, *PRÆMIUM* malum *POENA* dicitur. Ergo imputatio realis est sententia judicis, qua auctori actionis premium vel pœna adjudicatur. (§. 57.)

Dantur confectaria facti, lege firmata, nec ad præmia nec ad pœnas referri possunt, veluti, si quis pactus fuerit cum altero, debet promissum adimplere. Sententia, qua hujus generis confectaria ad aliquem propter præcedens factum pertinet judicatur, etiam videtur esse imputatio, licet non sit imputatio in premium vel pœnam. Sed si rem accuratè consideremus, talis sententia potius obligatoria erit, quam imputatoria. Dum enim iudex ratiocinatur: *Qu. pactus est, debet servari*



*servare promissum; Atqui tu Sc. Ergo;* paciscentem pro auctore facti quidem declarat, cujus esset, pacti effectum quoque præstare; quia vero effectus iste ipsum est factum, quod in lege suam rationem habet, & vel in præmium vel in pœnam imputari debet, si aut præstitum aut intermissum fuerit, iudex hac sententia potius declarat, dari obligationem ad promissum adimplendum, illiusque omissio esse factum ad pœnam imputabile. Hinc cum in definitione imputationis mentio sit confectariorum, non facta, ad quæ datur obligatio, sed alia ab iis diversa intelligenda sunt, nisi imputationem cum obligatione confundere velimus.

## §. LIX.

Deus est summus creaturarum omnium dominus & iudex. Idem vi omniscientiæ suæ singula facta novit, quæ unquam a nobis committuntur, vel omittuntur, & vi sanctitatis ac justitiæ suæ bona præmiis ornat, cum malis autem pœnas connectit. *I. Reg. VIII. 39. Ps. VII. 10. XI. 4. Ebr. IV. 13. Job. XXXIV. 11. 12. Ps. LXII. 13. Eccl. XII. 13. 14. Matth. XVI. 27. Rom. II. 6. 8. 9.* Ergo & in foro divino singula facta hominibus imputantur, bona quidem in præmium, mala in pœnas. (§. 58.)

Intel-

Reductum  
ad rationem  
imputationis  
immutabile



Intelligi hoc debet cum adjecta conditio  
*nisi interveniat remissio.* Hac enim  
 stante, cadit imputatio. Rom. IV. 7. 8.

## §. LX.

Requisita  
 actionum  
 imputabi-  
 lium.

ACTIO AUTEM IMPUTABILIS, de qua  
 la hoc loco sermo est,

1. *Vere debet existere.* Sicuti enim ac-  
 tum nunquam existentium auctores  
 sumus, ita & illæ nobis imputari ne-  
 unt. (§. 57.)

2. Opus, quod sub conditione  
 possibili facturi fuisset, & quod De-  
 per scientiam mediam prævidit, nec  
 possibile manet, nec unquam existit.  
*Ergo nec facta per scientiam mediam prævisa  
 putari possunt.* Luc. X. 13.

3. Facta, quæ nihil ad nos pertinent,  
 quis nobis imputaret, nos pro auctoribus  
 actionum declararet, quarum tamen  
 auctores non sumus. (§. 57.) Talis declar-  
 tio foret falsa & injusta. *Ergo opera non  
 vere nostra imputari nobis possunt.* Jo-  
 XXXIV. 11. 12. Pf. LXII. 13. Eze-  
 XVIII. 4.

4. Et quoniam solæ actiones liberæ im-  
 putantur, (§. 57.) factum imputabile sic con-  
 paratum esse oportet, ut illius oppositum  
 tantum in se & absolute, sed etiam nobis phy-  
 sice sit possibile. (§. 1. num. 3.)

Factum



Factum, quod Deus sub nonnullis conditionibus possibilibus tanquam futurum prævidet, mutatis circumstantiis & conditionibus, quæ pariter possibles sunt, omisfuri fuiffemus. Hinc Deus eiusmodi facti & commissionem & omissionem in diversis nexibus possibilibus per scientiam mediam simul prævidet. Quodfi ergo commissio imputari posset, idem valeret de omissione. Sed ejusdem facti commissio & omiffio simul imputari nequit. Ergo & ex hac ratione facta per scientiam mediam prævifa non sunt imputabilia. Equidem & aliena facta quandoque nobis imputantur, fed tunc necesse est, ut interveniente quodam medio conversa fint in nostra propria. Et cum impossibilitate oppositi tolli dicimus facti imputabilitatem, id de ea tantum impossibilitate intelligi debet, quæ citra culpam nostram adest.

## §. LXI.

Ut autem clarius constet, quænam istæ sint actiones, quarum datur imputatio, notandum est, facta in PROPRIA & ALIENA dispesci. Factum PROPRIUM illud est, quod existentia suæ rationem in viri-um nostrarum applicatione habet. ALIENVM opposita ratione definiendum est.

Imputatio factorum immediate propriorum.  
Quem-



Quemadmodum autem facti alicujus  
& immediata & mediata in nobis po  
esse contenta, ita & facta dantur  
IMMEDIATE quam MEDIATE PROPRIA  
priori genere ita statuo:

1. *Sole actiones anime imputari posse*  
Imputabiles enim actiones liberas esse  
portet, (§. 57.) quæ cum sint motus  
luntatis, (§. 6.) ideoque actus mentis,  
hoc solum genus actionum imputatio  
tenditur.

2. *Vere autem imputantur, si actiones*  
*me fuerint motus voluntatis, qui ex univer*  
*quodam principio determinabantur, aut ex*  
*determinari poterant & debebant.* Sic enim  
comparatas esse actiones liberas, ex sup  
rioribus satis constat. (§. 6.) Cum ergo  
Deus quancunque actionem liberam  
minibus imputet, (§. 59.) dubium non  
est, quin actiones istæ, quas supposuimus  
vere imputentur.

3. Minime vero imputatur, si oppo  
tum aut in se, aut respectu virium nostrarum  
sit impossibile. (§. 60. num. 4.) Haec  
impossibilitas quandoque adest, cum homo  
mo legis aut facti ignorantia laborat. Nam  
actio libera ex universali quodam princi  
pio debet determinari posse. (§. 6.) Ita  
actionem nostram determinamus, cum de  
legis & facti distinctam habemus notio  
nem, & utriusque consideratione ad vo  
lentiam



lendum vel nolendum nos moveri patimur. Deficiente autem ista cognitione actio ita determinari nequit. Sed non una eademque semper est hominum ignorantia. Quandoque evitari potest, quandoque non potest. Priori casu dicitur *VINCIBILIS*, posteriori *INVINCIBILIS*. Vincibilis ignorantia quidem efficit, ut actio non determinetur, quemadmodum oportebat, minime vero, ut ita determinari nequeat. Nam si homo omnem diligentiam adhibuisset, superata fuisset ejus ignorantia, & hinc quoque sublatum impedimentum. *Unde sola ignorantia invincibilis impedit facti imputationem.* Hinc licet gentiles verum Deum non agnoscerent, ideoque ex ignorantia idololatriam exercerent, tamen, cum eum rectius cognoscere potuerint, *ἀναπολόγητοι* esse dicuntur. Rom. I. 20.

4. Præter ignorantiam invincibilem & defectus virium seu impotentia, rectam cognitionem sequendi, factum impossibile reddit. *Quare si quid agimus, quod minus bonum esse non ignoramus, vires autem desunt, motiva, quæ contrarium suadent, sequendi, factum illud imputari non potest.* (§. 60. num. 4.)

5. Fieri tamen potest, ut quis & ignorantiam invincibilem & defectum virium ipse sibi contraxerit. Quod si acciderit,

Schub. Theol. Moral.

I

ho-



homo ipse & ignorantia & impotentia  
sua auctor est, nec quicquam tunc im-  
putat, quo minus & utrumque hoc malum  
& quicquid in eo rationem suam habet  
imputetur. (§. 57.) Ergo, quae modo  
dicta sunt, cum aliqua restrictione intelli-  
genda debent, scilicet, *facta ex ignorantia invin-*  
*cibili aut impotentia contrarium agendi*  
*facta imputari haud posse, nisi homo ipse ig-*  
*nantiam & impotentiam istam sibi contraxerit.*

6. Jam vero constat, tam irrogeni-  
torum peccata proaeretica, quam regen-  
torum infirmitates tum ab ignorantia tum  
a defectu virium dependere, sic ut quae  
que malum, quod committit, evitare non  
possit. Hujus ignorantiae & impotentiae  
ratio in peccato originali continetur  
quod a primo Adami peccato super  
omnes homines descendit. Cum itaque  
prima illa transgressio toti posteritati  
recte imputetur, Rom. V. 12. 18. 19. sic  
quisque naturalis suae corruptionis auctorem  
merito censeatur, apparet ratio, cur pe-  
ccata proaeretica irrogenitorum & infirmitates  
regenitorum a Deo recte imputentur, licet  
ignorantia invincibilis aut impotentia natura-  
lis eorum causa sint, & haec mala inevitabiliter  
imputationem alias tollant.

Ergo actiones corporis, quae nobis inevitabiliter  
extorquentur, aut quae anima libere non  
con-



concurrente eduntur, imputari nequeunt. Quæ ad nutum animæ libere agentis sequuntur, cum gravius puniri soleant, imputari quidem videntur, vere autem vehementior ille impetus animi imputatur, cujus signa & effectus sunt actiones externæ. Nam & solus animus peccandi in foro divino perinde imputatur & punitur, ac si externe perpetrata fuisset actio. Matth. V. 21. 22. 28. Ita res comparata est, cum de imputatione facti mali agitur. Bonum si forte fuerit, quod externe perpetratum est, itidem non imputatur, nisi accesserit animus bonus, bonaque dispositio interna agentis. Matth. VII. 22. 23. Quæ omnia ad universale illud axioma redeunt, *solas actiones animæ imputabiles esse*. Si res aliter se habeat in foro humano, expendi debet, iudicis terreni non esse, de actionibus internis & vere moralibus sententiam ferre, sed tantum pruritus delinquendi coercere, & impedire, ne in externos actus erumpat. Quemadmodum autem non omnes actiones animæ sunt liberæ, ita nec omnes imputari possunt. Impossibilitas agendi, quod omittimus, & omittendi, quod agimus, uti obligationem ad oppositum, ita imputationem facti ipsius tollit. Sed si quis ipse hujus impossibilitatis causa existat, ad eum tanquam ad causam ea omnia merito referuntur,



tur, quæ ex hac impossibilitate, illic  
 coexistente necessitate contrarium agen-  
 consequuntur. Cum itaque confite-  
 peccatorum omnium primam rati-  
 nem contineri in peccato originali, h-  
 vero a parentibus ad nos transiturum  
 esse, nisi culpa Adami in nobis hæret  
 quam interveniente consensu interpreta-  
 do participavimus, (Inst. Theol. Dog-  
 §. 96. 97. 98.) necessarium est, ut & om-  
 peccatum nobis imputetur. Hoc my-  
 rium naturalis homo prorsus ignora-  
 Quare nec mirum est, quod pravæ concu-  
 piscentiæ, quæ ex improvise oriuntur,  
 vitari non possunt, nec imputari posse  
 videantur. Cogitat ille, aut natura  
 cum hac imbecillitate a Deo conditam esse  
 aut eam ita ad naturam pertinere, ut  
 ea separari nesciat. Utroque casu homi-  
 nem absolvit, & innocentem pronunciat  
 & culpam, si qua adesse debet, potius in  
 Deum, quam in hominem transfert. Ne-  
 vero, rectius edocti, scimus & credimus  
 hominem culpa non carere, cum & invi-  
 tus mala cogitat vel concupiscit. Rom. VIII.  
 18. 19. 20. Cæterum licet & fidelium  
 infirmitates, si in se spectentur, sint im-  
 putabiles, tamen propter intervenientem  
 fidem vere non imputantur, qua de re de-  
 incepta plura.



## §. LXII.

FACTVM MEDIANTE PROPRIVM illud est, Et mediate  
 quod quidem ab aliis committitur, <sup>proprio-</sup> cuius  
 tamen existentia ratio in aliquo facto <sup>rum.</sup> im-  
 mediate proprio continetur. Huius ge-  
 neris factum, cum & ipsum liberum esse,  
 & hinc a voluntate alterius proficisci de-  
 beat, (§. 6.) committi haud potest, nisi  
 a nobis aliquid perpetratum fuerit, quod  
 in se est motivum seu ratio volendi.  
 Ergo

1. *Facta mediate propria ea sunt, quae per-  
 agendi motiva facto immediate proprio aliis  
 subministravimus.* Ex hac ratione idolola-  
 tria Israelitarum pro facto proprio Jero-  
 beami merito reputabatur. 1. Reg. XII. 30.  
 XIV. 16.

2. CAUSA MORALIS alicujus facti esse di-  
 citur, qui sua actione alios movet, ut ali-  
 quid peragant. Cum itaque facta, ad quae  
 perpetranda alios nostro facto movemus,  
 mediate propria sint, *talia quoque esse oportet  
 ea omnia, quorum nos causa moralis existi-  
 mus.*

3. Vetustissimus itemque verissimus ca-  
 non est Philosophorum, causam causae esse  
 etiam causam causati. Quando igitur  
 nos facto nostro alios movemus, ut fa-  
 ctum aliquod decernant & edant, tunc



nos vere sumus causa causæ facti ab  
 perpetrati. Ergo & hoc factum me  
 pro nostro habetur. Quicquid autem  
 ctum vere nostrum est, illud nobis  
 tantum imputari potest, (§. 57.) sed etiam  
 a Deo vere imputatur. (§. 59. 60. num.)  
*Ergo facta mediate propria, cujus nos  
 mus causa moralis, in foro divino nobis im  
 tantur.* Ezech. III. 18. Matth. XVIII. 6. 7.

Distinguendum est inter facta, quæ per  
 impellunt alios ad aliquid agendum vel  
 mittendum, & ea, unde alii occasione  
 vel rationem petunt, aliquid agendi  
 omittendi. Sola prioris generis facta  
 faciunt, ut, quod alii faciunt, opus me  
 te proprium fiat. Causæ Morali oppo  
 nitur physica, quæ ad actionis existe  
 tiam non tantum per modum causæ im  
 pulsivæ, sed etiam per modum causæ  
 ficientis concurrat. Ea vero facta, quæ  
 causam moralem constituunt, nimis vix  
 recenseri solent, unde magna oritur con  
 fusio. Constat id ex notissimis illis ve  
 ficulis, quibus modos causam moralem  
 ficientes comprehendunt:

*Jussio, consilium, consensus, palpo, ve  
 cursus,  
 Participans, mutus, non obstans, non  
 manifestans;*

quos



quos alii ita exprimunt:

*Consulo, præcipio, consentio, provoco,  
laudo,*

*Non retego culpam, non punio, non re-  
prehendo,*

*Non obsto, sed participo, & defendo  
aliena.*

Secundum hoc axioma omne id causam  
moralem constituere creditur, quod efficit,  
ut factum alienum iuste nobis imputetur.  
At vero fieri potest, ut factum alienum  
alicui imputetur, cuius tamen ille causa  
moralis non est. Ut ergo difficultates  
hinc ortæ tollantur, distinguendum esse,  
iudicio, inter causam moralem, & subje-  
ctum, cui factum alienum imputari possit.  
Verum quidem est, causæ morali factum  
alienum semper iuste imputari. Sed id  
simpliciter converti nequit. Nam cau-  
sam moralem in facti existentiam, cuius  
est causa moralis, influere oportet, &  
hinc aliquid peregerit, necesse est, ante-  
quam factum imputandum ab alio com-  
missum fuerit. Debet in eo aliquid esse,  
quo alter ad agendum movetur & impel-  
litur, quod fieri potest jubendo & prohi-  
bendo, suadendo & dissuadendo, laudan-  
do aut vituperando, similia peragendo, &  
hinc exemplum imitationis proponen-  
do, &c. Sed accidit nonnunquam, ut



nobis aliquid imputetur, quod nobis ignorantibus & nondum existentibus commissum est, ad cuius existentiam itaque concurrere non potuimus. Imo possibilis facti alieni imputatio, quod ille, cui imputatur, quantum poterat, impedire non potuit. Ne igitur imputatio facti alieni cum participatione facti per modum causæ moralis confundatur, placuit, talia illa, quorum sumus causa moralis non aliena, sed propria, licet mediata, appellare. Imputatio autem huius generis factorum eo justior est, quo magis est bonitas vel pravitas illis inhærens.

## §. LXIII.

**FACTVM ALIENVM** est, quod ab alio committitur, nobis nec per modum causæ efficientis, nec per modum causæ impulsivæ ad illius existentiam concurrentibus. Hujus itaque generis facta cum nihil ad nos pertineant, facta vero imputabilia vere nostra esse oporteat, (§. 60.) *facta aliena, ut talia, nobis imputari non possunt.* Gen. XVIII. 23. 24. 25. Ezech. XVIII. 4. 20.

## §. LXIV.

**CONSENSVS IN FACTVM ALIENVM** est voluntas, ut illud existat. Ergo

Nisi accedat consensus in factum ipsum.

I. Hu



1. *Huc pertinet facti alieni approbatio, & beneplacitum in eo.* Matth. XXVII. 25.

2. Approbatur autem illud, non tantum quando laudamus, aut verbis declaramus, bonum id nobis videri, ideoque nobis placere, sed etiam, cum simile quid ex destinato consilio peragimus. *Quare & similia perpetrando in factum alienum consentire possumus.* Matth. XXIII. 29 - 36.

3. Et quemadmodum facta tum *præterita*, tum *futura* verbis vel factis approbari possunt, *ita & consensus in utrumque genus factorum alienorum possibilis est.*

4. Qui hoc modo consentit in factum alienum, in ejus anima idem existit voluntatis motus, qui erat in ipso agente & physico facti auctore. Hinc ab eo non nisi intermisso membrorum corporis usu differt. Quia vero non corporis, sed solæ mentis actiones imputari possunt, (§. 61.) consentiens eandem cum auctore facti physico ad illud habet relationem, quoad actionis imputabilitatem. Hujus generis factum, ad quod, quatenus imputabile est, eandem cum ipso auctore habeo relationem, QVOD ÆSTIMATIONEM MORALEM MEVM esse dicitur. *Ergo consensus in factum alienum efficit, ut illud moraliter fiat meum.*



5. Quodcumque autem factum pro  
 haberi potest, illud etiam recte mihi  
 putatur, licet physice meum non sit. (S  
 Ergo & factum alienum recte mihi imputa  
 si ex parte mea interveniat consensus. 1. S  
 III. 13. Matth. XXIII. 35. 1. Tim  
 22.

6. Quod quidem principium sicut  
 spectu operum malorum universale est  
 respectu bonorum aliquo modo limit  
 debet. Fieri enim potest, ut factum a  
 num simul sit beneficium prorsus gra  
 tum, cujus imputatio ingentium bono  
 communicationem involveret. Poss  
 etiam rationes adesse, cur is, cujus est  
 bona dispensare, non singulis volentib  
 sed iis duntaxat impertiri possit, qui  
 qua necessaria conditione instructi su  
 Aut forte etiam alia causa hoc imputat  
 nis beneficium impediunt. Hinc  
*consensus in factum alienum non semper suff  
 ad illius imputationem.*

Consensus ille varius & multiplex esse pot  
 ex. gr. IMMEDIATUS & MEDIATUS,  
 hic posterior iterum vel FORMATVS  
 INTERPRETANDVS. Quicquid ergo  
 consensu in genere demonstratum est,  
 etiam de singulis illius speciebus valere de  
 bet. In foro quidem humano consensu



in factum alienum non producit imputationem, nisi accedat externa declaratio. Nam de internis intellectus iudiciis nihil constat iudici humano. Neque externa consensus declaratio semper sufficit ad facti imputationem. Humani enim iudicii est, tantum de actionibus externis sententiam ferre, ne publica securitas perturbetur. Cum itaque fieri possit, ut quis factum in alio approbet, licet ipse illud non commisisset, propter hanc approbationem non statim ipsum factum imputari potest. Sed longe alia est ratio iudicii divini. Deus non tam externa, quam interna facta respicit, non tam conformitatem vel difformitatem materialem, quam formalem. Hinc si quem videt idem sentire & velle, quod sensit & voluit auctor facti physicus, utrumque secundum eandem legem iudicat, & utrique eandem actionem imputat. Equidem tunc non tam factum alienum, in quod consentitur, quam consensus ipse, ut factum proprium, imputari videtur. Sed si rem diligentius expendamus, perinde est, sive consensus, sive factum, in quod consentimus, nobis imputetur. Nam cui consensus imputatur, ille pro auctore facti declaratur, quale ab eo commissum est, in cuius factum consentit. Et quid hoc aliud est, quam factum alienum



num imputare? Ex hac autem obser-  
 ne patet, facta aliena mediante consen-  
 nobis imputari haud posse, nisi ipse  
 consensus sit actio lege determinata, ad quod  
 datur obligatio. Homo, cui pro  
 consensus factum alienum imputari  
 obligatus esse debet vel ad consentiendum  
 si factum sit bonum, vel ad dissentiendum  
 si malum. Et si hujus dissensus certa  
 gnitudo vel quantitas secundum legem  
 esse debet, minor illius gradus pro con-  
 sensu habetur, & factum alienum imputari  
 reddit. Hanc rem infelix ille senex  
 suo exemplo comprobatur, qui, licet se-  
 ra filiorum suorum improbaret, t. Sam.  
 23. seqq. tamen, cum nimia lenitate  
 iis uteretur, pro consentiente habebatur  
 & culpam filiorum ferre debebat. I. Sam.  
 III. 13.

## §. LXV.

Aut in facti  
 imputatio-  
 nem.

Præter consensum in factum alienum  
 datur etiam CONSENSUS IN IMPUTATIONE  
 FACTI ALIENI, qui est voluntas, ut factum  
 alienum pro nostro habeatur. Cum ite-  
 que impossibile non sit, ut quis factum  
 alienum improbet, & tamen illud pro suo  
 haberi velit,

1. Consensus in imputationem facti alieni  
 esse potest sine consensu in factum ipsum, quod  
 non



non solum ex exemplo Christi, in imputationem peccatorum nostrorum, minime vero in peccata ipsa consentientis, Gal. III. 13. sed etiam Pauli in imputationem damnorum Philemoni ab Onesimo illatorum consentientis patet. Phil. v. 18.

19.  
2. *Mediante hoc consensu factum alienum imputari potest.* Nam si quis consentit in facti alieni imputationem, vult, ut illud pro suo habeatur. Quod si & ille velit, quem penes est imputandi jus, hi duo paciscuntur de facto in alium transferendo. Pactum autem, quod justum & validum est, effectu suo carere non debet. Ergo per consensum in imputationem facti alieni illud in consentientem vere transferitur.

3. *Fieri itaque potest, ut factum alienum alicui imputetur, licet in factum ipsum non consentiat.*

4. Ratio, cur factum alienum propter consensum in illius imputationem imputari possit, est pactum, ab imputante & consentiente percussum. Quemadmodum autem ad omne pactum consensus utriusque paciscentium requiritur, ita, si forte iudex factum alienum imputare nollet, consensus in imputationem ad imputationem non sufficeret. Ergo tunc saltem

con-



*consensus in imputationem est causa imputationis facti alieni, cum ex parte iudicis est imputandi voluntas.*

§. Quando consensus in factum ipsum non sufficit ad imputationem, superioris cuius est facta aliena imputare, illud imputare non vult. (§. 64.) Ut igitur imputatio procedat, necesse est, ut iudex superior illud imputandum offerat. Quod si vero offert, simul vult, ut oblatum ab altero acceptetur, atque ille factum alienum sibi imputari velit. Hæc voluntas dicitur consensus in imputationem facti alieni. Ergo quando ad imputationem consensus in factum ipsum non sufficit, consensus in imputationem eius accedere debet.

Hæc omnia illustrari possunt tum imputatione peccatorum nostrorum, quæ Christi imposita sunt, tum imputatione meriti Christi, quæ nobis credentibus in justificatione contingit.

§. LXVI.

*Sine consensu nulla imputatio facti alieni.* Qui nec in factum ipsum, nec in eius imputationem consentit, ille nec approbat factum alienum, nec vult, ut pro suo habeatur. Ergo aut plane nullam habet relationem ad factum alterius, aut illud tantum cognoscit, aut simul improbat, & non



& non vult. Si nullam ad factum alienum habet relationem, nec ulla adest causa, eum pro auctore facti habendi, ideoque illi imputari nequit. (§. 57.) Si tantum simpliciter cognoscit, actionem edit, quæ non pertinet ad liberas, (§. 6.) & hinc imputationis capax non est. (§. 57.) Quomodo ergo factum, quod hoc modo cognoscitur, imputari poterit? Si denique factum improbat, & non vult, affectus plane contrarius in eo est, quam in auctore & causa physica facti. Hinc rursus nulla adest ratio, eum pro auctore facti alieni habendi. *Ergo si quod factum alienum nobis imputari debet, aut consensus in factum ipsum, aut consensus in illius imputationem, aut uterque adsit, necesse est.*

## §. LXVII.

Quodsi Deus actiones liberas hominibus non imputaret, nec bonis præmia expectanda, nec malis pœnæ metuendæ essent. (§. 58.) Ita vero omnia caderent motiva, quæ hominem ad bonum faciendum & malum fugiendum impellere possent. Cum itaque connexio motivorum cum actione obligationem constituat, (§. 35.) apparet, *imputationem actionum nostrarum, quæ fit in foro divino, omnis obligationis fundamentum esse.*

## §. LXVIII.

Remissio  
peccato  
muri

Imputatio  
est funda-  
mentum  
obligatio-  
nis.



## §. LXVIII.

Remissio  
peccato-  
rum.

Imputationis peccatorum oppositum est non-imputatio, quæ appellari solet & illa perinde, ac imputatio, POSSIBILEM & ACTVALEM, seu METAPHYSICAM & MORALEM dispeſci. (§. 57.) Quæ vero remissio possibilis & metaphysicæ declaratio, hominem, qui peccatum commisit, non esse peccatorem, & declaratio semper foret falsa & injusta, nulla alia peccatorum remissio cogitari potest, quam moralis & actualis non-imputatio peccatorum. Quemadmodum ergo imputatio moralis ad solum iudicem seu superiorem pertinet, (§. 57.) ita & illius tantum est, peccata remittere. Jam vero Deus est supremus omnium creaturarum iudex. Gen. XVIII. 25. Ps. VII. Rom. III. 6.

1. Ergo & solus Deus peccata remittere potest. Ps. LI. 6. Jes. XLIII. 25. Marc. II. 7.

2. In peccato *CULPA* solet distinguere *POENA* seu *REACTV*. *Culpa* aut ipsum actum malum, aut ejus moralitatem significat, quæ peccatum poena dignum reddit. *Pœna* vero seu reatus ipsum malum est, ad quod sustinendum peccator obligatur. Si quis



quis ergo REMISSIONEM CULPÆ cogitaret, & receptam definitionem remissionis retineret, illum statuere oporteret, peccata remitti, dum Deus judicat, aut hominem nihil commisisse contra legem, aut peccatum ejus poena dignum non esse. Quod utrumque cum manifesto falsum sit, & præterea remissio in non-imputatione peccatorum morali consistat, h. e. in sententia, qua quis a poenis promeritis absolvitur, *remissio peccatorum non est remissio culpæ sed poenæ.* 2. Sam. XII. 13.

3. Per fidem hominibus peccatorum remissionem contingere, aliunde satis constat. Cum igitur illa sit non-imputatio peccatorum, sequitur, *fidelibus peccata non imputari, licet in se sint imputabilia, & deficiente fide vere imputarentur.* (§. 59. 61. num. 6.) Act. XXVI. 18. Rom. III. 25. VIII. 1.

4. Sicuti autem sola fides est ratio, cur peccata fidelibus non imputentur, quæ alias imputari deberent, etiamsi tantum sint peccata infirmitatis, (§. 61. num. 6.) *ita fide rursus excussa peccata, quæ jam remissa erant, denuo peccatori lapsa imputantur.* Matth. XVIII. 32. seqq.

5. In foro divino singula facta, quæ aliquis  
Schub. Theol. Moral. K quid



quid moralitatis habent, imputantur bona quidem in præmium, mala in pœnas. (§. 59.) Malorum autem operum imputatio, interveniente fide, per remissionem tollitur. *Ergo credentibus sola bona opera imputantur in præmium.* Matth. V. 12. X. 42. XIX. 29.

6. Infideles autem, cum fide careant, secundum operum suorum qualitatem imputantur. Quoniam ergo nihil bonum facere possunt, *sola in eos cadit peccatorum imputatio in pœnam.* (§. 59. 61.)

Potestas remittendi peccata, doctoribus Ecclesiæ tradita, Matth. XVI. 19. XVIII. 18. Jo. XX. 23. est tantum annuntiatio Evangelii & remissionis peccatorum, quam Deus ipse impertitur, licet illorum absolutio vera remissio dici possit, quatenus non suum, sed DEi verbum prædicant. Remissio culpæ sine remissione pœnæ merum est figmentum. Peccata enim cum remittuntur, non culpa, sed pœna remittitur. Et si quis per culpam obligationem hominis ad sustinendas pœnas intelligeret, ea quidem dici posset condonari hominibus, vere autem tunc condonaretur pœna. Qui



Qui enim possibile foret, ut pœna illi  
imponeretur, qui absolutus est a necessi-  
tate & obligatione, pœnam perferendi?  
Unde cum nonnulli sentiunt, culpam  
remitti posse, licet remaneat pœna, illi  
non retinent significatum moralem & fo-  
rensem remissionis, sed eam physicum  
actum esse putant, quo homo interne  
purgaretur a vitiosis habitibus. Fide re-  
mittuntur peccata, quatenus hoc medio  
acceptatur satisfactio Christi, pro pecca-  
tis præstita, & quatenus credentes pœ-  
nas promeritas jam sustinuisse, Deoque  
satisfecisse in iudicio divino censentur.  
Hinc cessante causa remissionis cadit ipsa  
remissio, & redit peccatorum imputa-  
tio. Bona opera fidelium imputari  
haud possent in præmium, nisi fidei ra-  
tio haberetur. Multum enim pravitatis  
illis semper adhæret, quod in se imputan-  
dum est in pœnam. Sed hoc, quicquid  
est pravitatis, fide regitur & aboletur, &  
quod remanet bonitatis, quia solum ad-  
esse reputatur, in præmium imputatur.  
Cum tamen hæc bona opera non sint per-  
fecta iustitia, qua lex adimpletur, nec  
imputari possunt in præmium æternæ vi-



illi vita, sed tantum in præmia temporaria  
aut accidentalia futuræ vitæ. Extremis  
sibus honestas operum, quæ & a non creditis  
usque tibus exerceri potest, a Deo quibus  
illi præmiis ornari solet, tum quia aliter  
boni est, tum quia hac remuneratio  
Deus externa vitia & scelera coercere,  
honestatem promovere vult; quia  
fides deest, qua sola peccata remittuntur,  
& hinc etiam malum illud  
quod honestis operibus adhæret, imitari  
non possunt in præmium futuræ  
vitæ.

